

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Petri Ioannis Perpiniani Valentini, Societatis Iesv  
Presbyteri. Orationes Dvodeviginti**

**Perpiña, Pedro Juan**

**Lvgdvni, 1622**

Orationes Qvinque Nvnc Additae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13368**

## ORATIO.

P. Gasparis Consalui Lusitani Presbyteri  
Societatis I E S V.

HABITA IN LEGATO-  
rum Iaponiorum Introitu.

APONIORVM insulas locorum ac marium inter-  
vallo à nostris regionibus natura disiunxit, ut tenuissi-  
mo nominis vestigio pau-  
cissimis autem cognitas, cæ-  
teris omnibus ignotas, nunc etiam nonnulli  
ut esse credant, vix adduci posse videantur.  
Sunt tamen, Pater Beatissime, & sunt nu-  
mero multæ, magnitudine amplissimæ, vr-  
bibus frequentes, hominum ingens, ac  
militaribus studiis usque adeò præstantes, ut  
qui eas viderunt, cæteris illius cœli regio-  
nibus longè antecellere, nostris vero ut  
comparari possiat, nihil illis aliud quam re-  
ligionem, quam carebant, ac verè fidei lu-  
cem deesse credant. Et quidem illa non  
multis ante annis apostolicæ huius Sedis  
auspiciis, in remotis adeò disseminari co-  
pta, exiguo sanè principio (quod nascente  
quondam Ecclesia factum esse scimus) à te-  
nuissimis primis hominibus, mox Optimo

TT 3

Universitäts-  
bibliothek  
Paderborn

Maximóque Deo incrementum afferente,  
 paulatim à nobilioribus recepta, tandem  
 superioribus annis, atque in primis felicis-  
 simo tuo ac planè aureo Pontificatu, Pater  
 Beatissimè, ad Principes, ad Dynastas, ad Re-  
 ges peruenit. Hoc tibi cùm lèatum, ac iu-  
 cundum plurimis de causis accidere debue-  
 rit, tum verò maximè quòd multis hæreti-  
 corum machinis in vicinis adeò locis labe-  
 factatam, ac penè cōuulsam religionē dum  
 magna animi cōtentione restaurare pergis-  
 tantūm aliunde incremēti ad Christi Opti-  
 mi Maximi gregem, atque adeò ad Catho-  
 licam religionem factum esse videas. Ve-  
 rūm huius lètitiae fructum quamuis tu qui-  
 dem antea auribus accipere, nōnulla etiam  
 ex parte degustare animo potueris, tamen  
 hodierna die vel maximum haurire oculis,  
 & in totius curiæ luce palam oblatum, ma-  
 nu ipsa contingere, ac plenissimam ex eo  
 voluptatem non capere tātūm animo, quasi  
 propriam, sed cæteris etiam, quasi Ecclesiæ  
 totiis communem, potes impetriri. Quan-  
 tis enim gaudiis Ecclesiā vniuersam, quan-  
 tis populum Romanū exultare par est, cum  
 hodierna die videat nobilissimorum Prin-  
 cipum legatos ex Iaponensium insulis, hoc  
 est, vtrumq[ue] omnium terrarum finibus reli-  
 gionis ergo, quod nullis ante sacerulis audi-  
 sum

tum est, tibi ad pedes accidere, & bellico-  
fissimos Reges fidei armis, & Euāgelij præ-  
dicatione perdomitos, ad tuam, hoc est,  
Christi ditionem accedere & quod ipsi quod  
se non possunt tantis locorū spatiis disiun-  
cti per hos sibi amore ab sanguine coniun-  
ctissimos, obedientiam tibi ac fidem polli-  
ceri. Ego verò rei tantæ magnitudinem me-  
cum ipse reputans, nihil censeo sum mo re-  
ligionis Antistiti iucundius, nihil huic or-  
dini præclarior, nihil Ecclesiæ vniuersæ, ac  
populo Romano accidere potuisse glorio-  
sius. Beatam se quondam ac felicem Cæsare  
Augusto Imperatore Roma esse credidit,  
quod eius principatu Romani imperij no-  
men, ac fama longè adeò, latèque propagata-  
erat, ut eius amplitudine commoti nōnulli  
Indiæ populi, amicitiæ componendæ gratia  
legatos ad Cæsarē destinassent. Concurrebat  
vndique populus ad inspiciendū inositatum  
hominū genus, nouos Romanus vultus, in-  
solitos habitus, inauditum sermonē oculis  
atque auribus avidissimè hauriebat. Sed a-  
ge, iam legationem illam Indorum cum  
hac Iaponensium legatione, si placet, con-  
feramus. Erat illa quidem ex remotissimis  
terrarum oris; at, hæc quād ex remotiori-  
bus: cum longissimo primum tempore ex  
Iapone ad Sinarum portus, inde ad autem

TT 4

Chersonesum, mox in Indiam veniendum fuerit; ut ex India tandem in Lusitaniam nauigari, ex Lusitania verò, Hispania quā longa est, peragrata, toto triennio partim in itinere, partim in nauigatione posito, Romanam ultimo ad Gregorium Pont. Max posset perueniri. Iam verò Augusti temporibus Romani tantum Imperij nomen in India auditum, nunquam arma cōspecta, vexilla nunquam explicata fuerant. Amicitiam à Romanis Indi ut socij flagitabant, non obedientiam offerebant; foedus ab Imperatore quasi pares, non tanquam à superiore viuendi leges postulabant. At nos hodierna die Romæ in hoc ipso orbis terrarum theatro amplissimo quid videmus? Hos nimis summo loco natos, ac regiæ familiæ iunes, Gregorio Pontifici Maximo ante pedes procumbere, ac suorum Regum nomine non amicitiam peteres ut pares (quāvis amorem sibi ut filij pollicentur) sed obedientiā offerre ut subditos: & qui externorum hostium armis ex omni hominum memoria, quod ego quidem sciam, nullam defētumquam victoriam concesserunt, illi in suis hodiē regionibus victoria Christi signa Gregorio duce explicata intuentes, inuictissimis se armis Romæ fidei, hoc est Christianæ ac Catholicæ, superatos esse libentis

bentissimè confitentur: quòd eam sibi vicitiam non minùs salutarem fore putant, quām terrarum orbis vniuersus Ecclesiæ iucundam, tibi verò, Pater beatissimè, cuius auspiciis, Deo benè iuuante, parta est, existimet esse gloriosam. Et quidem quod ad Ecclesiam attinet, multùm illa quondam suæ felicitati ac gloriæ accessione existimauit, cùm Gregorij Magni temporibus fanfissimi illius Pontificis industria ac opera amplissimam Angliæ insulam, & toto, vt ait Virg. I. ille, *diuinos orbe Britannos*, ad Christi fidem Eclog. adiunctos esse vidit: sed quantum illo Pontifice gloriæ vnius insulæ accessione acquisisse videbatur, tantùm suis ornamentiis illius postea defectione detractum esse mœrebat. Sed ecce tibi alterius Gregorij diligentia, ac felicitate summa(ne quid illa suæ gloriæ deesse doleat) vnius insulæ loco insula altera, immò verò insulæ plures ac regna, & toto à nobis orbe, toto mari diuisæ gentes, magno numero ad Ecclesiam accessione, ut præterito illo damno, quòd sanè fuit maximum, non minore fortasse lucro, spe verò etiam maiore cumulatissimè compensato, pristinū animi mœrorē nouo gaudio & incredibili Ecclesiæ totius iucunditate leuare liceat. Quā mihi Ecclesiæ communem publicamque lætitiam, tam multis

TT 5

666 *Orationes quinque*

antè sacerulis præuisam multò etiam iucundiorem suis carminibus diuini vates facere videntur. Videor enim mihi hodierna die regium Prophetam, dum incognitam superioribus sacerulis nationē, tanta hominum multitudine ad Ecclesiā accessisse gaudemus, diu num illud carmen Ecclesiæ nomine quasi citharam concincentem audire:

*Psalm. 17.* *Populus quem non cognoui seruuit mihi. in auditu auris obediuit mihi.* Quòd si quis paulò alienius esse putat, quām ut de re præsenti dictum esse videatur, quid illud Esayæ vaticinium, non huius diei proprium esse censembit, non Romanam Ecclesiā præclaro illo carmine à diuino vate appellatam esse iudicabit? *Gentem*, inquit, *quād nesciebas, vocabis, & gentes qua te non nouerint, ad te current propter Deum tuum, & sanctum Israël qui glorificauit te.* Nec verò in tam publico omnium gaudio sua à nobis operam senior ille Troias desiderari parietur: quin præsentem Ecclesiæ felicitatem gratulatus, illa quasi cygnea voce communem omnium lætitiam excitabit: *Luce*, inquit ille, *splendida fulgebis, & omnes fines terre adorabunt te: nationes ad te venient de longinquo, & terram tuam in sanctificationem habebunt.* Ne verò sibi hæretici de Romanæ Ecclesiæ contemptu nimium blandiantur, *Maledicti, inquit,*

*Ela. 55.* *ad te currat propter Deum tuum, & sanctum Israël qui glorificauit te.* Nec verò in tam publico omnium gaudio sua à nobis operam senior ille Troias desiderari parietur: quin præsentem Ecclesiæ felicitatem gratulatus, illa quasi cygnea voce communem omnium lætitiam excitabit: *Luce*, inquit ille, *splendida fulgebis, & omnes fines terre adorabunt te: nationes ad te venient de longinquo, & terram tuam in sanctificationem habebunt.* Ne

*Tob. 1.3.* *ad te currat propter Deum tuum, & sanctum Israël qui glorificauit te.* Nec verò in tam publico omnium gaudio sua à nobis operam senior ille Troias desiderari parietur: quin præsentem Ecclesiæ felicitatem gratulatus, illa quasi cygnea voce communem omnium lætitiam excitabit: *Luce*, inquit ille, *splendida fulgebis, & omnes fines terre adorabunt te: nationes ad te venient de longinquo, & terram tuam in sanctificationem habebunt.* Ne verò sibi hæretici de Romanæ Ecclesiæ contemptu nimium blandiantur, *Maledicti, inquit,*

*Ibidem.*

quit, erunt qui contemperint te, & condemnati  
erunt omnes qui blasphemauerint te. Beati omnes  
qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua.  
Sed me nescio quomodo diuinorum carmi-  
num suauissimus cōcentus mei ipsius quo-  
dammodo oblitum longius proposito ab-  
duxit, quam initio putaram. Quare ut eō  
redeat oratio quod huius potissimum tem-  
poris atque huius loci, meique muneris vi-  
detur esse ) habes in conspectu tuo, Pater  
Beatissime, regios hos iuuenes, qui suorum  
ad te Regū quibus sunt sanguine, & amore  
coniunctissimi mandata deferunt: quorum  
sive nobilitatē generis, sive religionis stu-  
dium, sive in Romanam Sedem obseruan-  
tiā longissima peregrinatione compro-  
batam spectare velis, dignos sanctissimo-  
rum pedum osculo, dignos benedictione  
tuā, dignos in hac ætate omnium admira-  
tione iudicabis. Enim uero philosophum ne-  
scio quem, hominem alioqui vanissimum,  
tamen ob insignem discendi cupiditatem  
longinqua peregrinatione suscepta, quan-  
tum adeo omnis antiquitas mirata est,  
quantum omnis posteritas commendauit?  
Intrauit ille Persas, pertransiuit Caucasum, Al-  
banos, Scytas, Massagetas ( ut Hieronymi  
verbis dicam ) & opulentissima India regna  
penetrauit, usi Hiarcham in throno sedentem  
surreo,

aureo, inter paucos discipulos de natura, de siderum motu, de dierum cursu docentem audiret. Magnum & inusitatum, sed tamen inutile, ac vanum unius hominis discendi studium. At in his quanto admirabilior religionis amor; quanto fidei cupiditas ardenter, quibus hac una de causa tanto longinquier suscepta est peregrinatio? Quantulam enim orbis parte ille philosophus obiuit, si cum iis conferatur, qui maria, regna, nationes, & quantum ferè aquarum ac terræ globus complectitur, ab extremis eius finibus emensi, Romam usque ad hanc Christianæ fidei arcem, Ecclesiæ munimentum, religionis præsidium penetrarunt. Maior profecto ipsorum labor, ardenter studium, difficilior peregrinatio, sed multo etiam maiore lucro, & fructu longè ubiiore compensatur. Nec enim illi hodierna die inter paucos discipulos Hiarcham, sed in hoc purpatorum patrum amplissimo confessu Gregorium XIII. intuentur, non in throno sedentem aureo, sed in beatissima Petri sede positum; non differenter desiderum, ac cœli cursu, sed qua fide quo operum cursu in cœlum tendendum sit, certissima ratione ostendentem. O gratum oculis, o iucundum animis spectaculum. Multa illi quidem tam longis terrarum spatiis viderunt, multa spectarunt,

mores

mores hominum diuersos, regna multa, & varia naturæ miracula tōtemplati sunt, sed nullius adeò rei specie, quām tuo hodie conspectu recreati sunt, Pater Beatissime. Nunc benè collocatos labores suos, nūc suscepas itineris & nauigationis molestias iucundas esse putāt. Sed hunc suorum laborum ac peregrinationis tā iucundum, ac suauē fructum, tūm demum arbitrātur fore plenissimum, si Regum illorum obedientiam, à quibus tāto interuallo ad te missi sunt; si prōptum parātumque animum, si testatā literis fidē paterno ipse animo, ac benignè lusciplias: quod sancte vt facias, tūm morū ac naturæ tuæ bonitas singularis; tūm regū illorum religio, & præclara in fidē Christianā merita non postulare modō, sed quodāmodō etiam vi- Regis pi- dentur flagitare. Franciscus enim Rex in Ia- tas.

pone potens, atque inter primos illarum regionū iure numerādus, nuper ille quidem fide suscepta baptismo expiatus est, sed multis antē annis Christianam religionem, ad fidem tūm primum in sua prouincia nascētem, ac teneram, vsque adeò fuit, vt quidquid in religionis negotio in Iaponē perfetum est, illius industriæ ac fauori secundum Deum acceptum referamus. Ille Franciscum Xauerium præclara sanctitate vitum ex eorum numero, qui minimæ Societatis

ura, de side.  
em audiret,  
en inutile,  
i studium,  
religionis  
ntior, qui-  
nquier su-  
alam enim  
uit, si cum  
, nationes,  
ræ globus  
finibus e-  
Christianæ  
m, religio-  
or profecto  
m, diffici-  
am maiore  
compensa-  
inter pau-  
hoc purpu-  
ssu Grego-  
no seden-  
i sede posi-  
cœli cursu,  
œlum ten-  
stēdenterem.  
nimis spe-  
longis ter-  
spectarunt,  
mores

tatis nostrę cum Ignatio Loiola fundamen-  
ta posuerunt, cùm primus omniū ad eas in-  
sulas appulisset, humanissimè complexus,  
liberè in suo regno Christianam fidem præ-  
dicare voluit. Ille cæteros Euangelij mini-  
stros, qui Franciscum posteā ad eas regio-  
nes sunt consecuti, tam longè à suorū con-  
gressu positos, & inter remotissimas natio-  
nes, omni penè auxilio atque ope destitu-  
tos, singulari amore ac benevolentia prose-  
cutus, nihil desiderare passus est, quod ab  
optimo Rege, ac nostræ religionis amantis-  
simo optari posset. Ille aditus nostris tutos  
ad proximas prouincias patefecit, ille vici-  
norum Regum amicitiam, ac fauorem lite-  
ris, ac nuntiis conciliauit. Ille in maximis  
suis periculis inter grauissimas bellorum  
tēpestates ac fluctus, vt nostri salui, & securi  
esse possent, diligentissimè curauit. Quid a-  
liud tam amico Regi, tot beneficiis susce-  
ptis, religione ac fide, ipsius potissimum  
fauore propagata, quàm religionem ipsam,  
ac fidem nostri optarent? Dilata res est diu-  
tiūs quàm vellemus: sed ita tandem singu-  
lari Dei Optimi Maximi beneficio omnium  
vota consecuta est, vt quantum Optimo  
Regi detrimenti mora illa potuit attulisse,  
tantum hodie incredibili fidei feroore re-  
cuperasse videatur. Dici profectò non po-  
test

test quanto religionis studio inflammetur,  
quanto propagandæ fidei amore ferueat,  
quàm concitato cursu ad summum omniū  
virtutum fastigum feratur Tui verò vi-  
dendi, Pater beatissime ac sanctissimos pe-  
des osculandi quanto desiderio flagratit, vel  
hoc vno potest intelligi, quòd cùm ipse gra-  
uissimis regni curis, ætate etiam impedito-  
tur, hunc Mancium quem vides, ad hoc sibi  
genus officij Vicarium substituerit, quem  
vnum nobilitate primum, Fiungæ nimirum  
Regis nepotē, ac sibi multis de causis cōiun-  
ctissimum in suo regno habere vībebatur.  
Per eum verò id postulat ardenter, ut  
obedientiæ, & obseruantia in te suę testifi-  
catione suscepta, inter Ecclesiæ Catholicæ.  
atque huius beatissimæ Sedis filios nume-  
rari possit. Idem verò etiam contendit Pro-  
tatus Rex Ariminensis, iuuenis lectissimus,  
huius Michaëlis, quem ad te hac de causa  
misit, patruelis frater. Idem Barptolemaeus  
Omuræ Princeps, Ariminensis Regis, ac  
Michaëlis eiusdem patruus charissimus. At-  
que ut ego hodierna die de Ariminensi Rege  
taceam, cuius extant religionis, ac fidei ar-  
gumenta clarissima, de Barptolemaeo tamen  
facere non possum, quin aliquid dicam. Hic  
est ille Barptolemaeus, Pater Beatissime,  
qui Principum omnium primus fidē Chri-  
stianam

stianam in Iaponiā cum baptismo suscepit, tanto animi feroce, ac studio, ut deiectis vbiique idolorum statuis, eiecta ex suis vrbibus superstitione, multis ob eam causam periculis aditis, toto ferè principatu, ac ditione expulsus, non solum à suscepta religione non discesserit, sed incredibili animi fortitudine, ac præsentissimo Dei numine recuperata ditione, multò etiam quām antea constantius in sententia perseverarit; Qui per se ipse præstare hodie potuisset, quod per hunc Michaëlem facit, ut Sanctitatis tuæ pedes osculari, & Apostolicam benedictionem præsens à præsente posset accipere, tum verò se felicem, ac planè beatum esse censeret. O Deum immortalem! quid hoc est? In remoris adeò locis tam longè à Romana Sede, vbi nunquam anteā Christi nomen, nunquam Euangeliū auditum erat, cum primū illic religionis, ac fidei lux affulsit, homines nostrorum mortuorum insolentissimi, regno clari, copiis affluent, bellorum glorię insignes Romanę Ecclesiæ amplitudinem, & dignitatē agnoscunt, & magno sibi honori ducunt, per eos quos charissimos habere poterant, Summi Pontificis pedes osculari? Et erunt in vicinis adeò regionibus, veritatis luce usque adeò perspecta, qui tanto se parricidio inquinare audeant,

audeant, ut pulcherrimam Christi sponsam  
capite truncare, & Romanæ sedis dignitatem  
a Christo ipso constitutam, tot seculo-  
rū spatiis confirmatā, tot sanctorū hominū  
sententiis fultā, tot Conciliorum exemplis  
stabilitā; cum summa sua pernicie in con-  
trouersiā vocare, audeat. Sed continebo ipse  
me, nec patiar hodiernā die in publica om-  
nium lātitia dolore animi longiūs abripi, &  
meā orationem eō reuocabo, quod in tāta  
varietate rerum penē vnum fueram oblitus,  
cūm tamen eiusmodi res sit quæ omnium  
sæculorum immortali memoriā digna esse  
videatur. Sæpe ego quidem ac frequēter au- Bonus  
dieram, nonnunquā etiam legeram: si quis princeps  
absolutam omnibus numeris, ac perfectam Soli com-  
boni principis imaginem consideret, fore paratur.  
vt inter illum, & quem clarissimā luce ful-  
gentem in medio cœli globo Solem intue-  
mur, multis in rebus præclarè videat con-  
uenire. Enim uero sole in illa quasi arce con-  
stitutum, non ea tantum quæ proxima sunt  
ac vicina pertingere, sed remotissimas etiam  
mundi partes illustrare radiis, & quæ dis-  
iunctissima videntur esse, ad ea quoque vir-  
tute penetrare. Non multò aliter bonum  
principem, si modò hoc nomine dignus es-  
se vehit, non domesticæ familiæ suæ termi-  
nis regiam beneficentiam debere circum-

Or. p.

VV

scribere neque intra paucorum domus, ac manus includere, sed illius quasi radiis illustrare omnia, & quoad eius fieri possit, remotissimos etiā quosque beneficis ornare. Verum hoc qui praestante aliqua ex parte valeant, fortasse nonnulli; qui vero id quod valent, etiam velint, pauci omnino reparentur. Tua vero beneficentia, Pater Beatus, cum singulari religionis studio coniuncta, non huius tantum urbis mœnibus includi non Italiae finibus circumscribi, non Germaniae, Bohemiae, Hungariae, Poloniae, non Syriae, non Graeciae, non Dalmatiae terminis contineri potuit quibus omnibus in locis partim seminariis extuctis, quasi munitionissimis fidei arcibus, partim aliis beneficis immortalia tuae liberalitatis, ac religionis monumenta posuisti, sed longius etiam prouecta, & extra anni quodammodo solis que vias, ut ait ille, hoc est, ultra Indorum, Brachmanū ac Chinorum terminos ad ultimas Iaponensium oras, ac fines peruenit. Cuius primum enim Christi fidem in illa regione feliciter propagari coepit, tam potissimum ratione promoveri posse intellectuisti, si quamplurimos suae gentis homines, quorum acerrima fere sunt, & acutissima ingenia, disseminandi Euangelij ministros haberet; nec deterrii sompribus, nec rei difficultate potuisti, quin ibi lectissimo ad-

lescentium seminaria, maximâ tuâ impêsa  
institui iuberes quorū postea prædicatione,  
cum literis ac pietate satis essent exulti,  
nihil omnino soperesser, quod expulsa fu-  
perstitione, ad Christi fidem, ac religionem  
non accederet. Pro qua tam eximia, tamque  
incredibili beneficentia, ex singulari propa-  
gandæ fidei amore profecta, eò magis tum  
suo, tum publico suæ gentis nomine tibi  
gratias agédas esse immortales legati cen-  
suerunt, quòd eodem illo anno à te Romæ  
designatam esse audiunt, quo Principes illi  
ac Reges nobilissimi hanc ipsam ad te lega-  
tionem in Iaponie decernebant; vt non illi  
cuius de obedientia tibi præstanda, vt filij,  
quàm tu de illorum commodis ac salute, vt  
parens beneficentissimus cogitaris. Quo  
magis etiam sperandum esse putant, qui sua  
sponte usque ad eò cōmoti tanto hactenus  
studio ad fidem accurrebāt, eos tuæ benefi-  
centiæ stimulis incitatos, nouis præsertim  
militum copiis ex illis seminariis in dies  
succrescentibus, maiore in posterum nume-  
rio & studio ardentiore ad fidem esse ventu-  
turos. Ita breui futurū est, Pater Beatissime,  
vt Deo Opt. Max. Sanctitatis tuæ votis, &  
minimæ Societatis nostræ laboribus fauete,  
non iam paucas Iaponis urbes, non regna  
pauca quæ tibi hodierna die quasi quasdam

fœcundissimi agri primitias offerimus ) sed  
plura alia , quibus amplissima illa regio di-  
stincta est, & tantam hominum multitudi-  
nem, quæ numero facile comprehendendi ne-  
queat, ad Christi fidem audias accessisse,

## ORATIO

P. Stephani Turcij Societatis Iesu,  
IN EXEQVIIS G R E G.  
XII. Pont. Max.

**E**T s i Gregorius XII. ob præ-  
clara Pontificatus sui monumen-  
ta, Patres amplissimi, ita superstes  
adhuc & in mortalium animis, &  
in concilio viuit immortalium , vt ex hac  
funeris pompa, velut ex aromatum sylva nō  
tam mortalitatis quām immortalitatis odo-  
res efflari videantur: hic tamen publicus la-  
gentis Ecclesiæ tāquam viduæ squalor, An-  
tistitum pullæ vestes, Virbis iustitiū, populi  
mœror, lugubres cantus, cenotaphij moles,  
sepulchrales faces, atrati parietes, atque arē  
obturbant aciē oculorum: & faustæ quantū  
acclamations, ac lætitiae rerū gestarū glo-  
ria, & æternitatis lux, quā nunc , vt piē spe-  
randum est, ille perficitur exigunt: tantum  
hæc

hæc mœsti confessus vestri noua forma, & parentis optimi desiderium, oratorem angunt, dicentem retardant, acclamātem frangunt pectus effodiunt gratulātis. Verūmne ipse redarguo, & animum, qui subinde recurrat ad funus, ad panegyricum reuoco, ut non tam lamentationi, quām laudationi deseruiat? Nam & vobis, Principes illustrissimi, pium quidem & lugere demortuum, audire verò, quæ vos imitari deceat, salutare: & Deo Opt. Max. earum rerum quas ipse Gregorij operâ gessit, cōmemoratio, quām fletus noster, gloriosior: Dum enim Gregorium collaudamus, Dei benignitatem prædicamus, ac numen, non solum, quod fessum iam annis Pontificem ad beatæ vitæ tranquillitatem ex hac colluione, & ærūnis euocarit, sed multò etiam magis quod in nostræ memoriæ Gregorio Gregorij Magni formam atque imaginem effinxerit, nec paucas eius expresserit virtutes: ut quarum memoria vetustate consenserat, & novo Pastore refloresceret, & futuris Ecclesiæ Romanæ Pastoribus præluceret. De ipsis Gregorij laudibus dicere dum cogito, mirari satis non possum, ex tot eximiis oratoribus, quibus & vrbs, & aulæ vestræ clarescunt, me vnum fuisse delectum, qui quam præstare possum Gregorij celebrandi

voluntatem ac studium, non solum publico Ecclesiæ nomine, sed priuato etiam Societatis nostræ, de qua semper ille optimè meritus est, tantum, ne illius amplitudini nihil magis, quam infantia laudatoris officiat, pertimesco. Illud quidem me recreat, ac reficit, quod eius res gestæ tam illustres, ac peruagatæ sunt, tamque sua ipsæ luce splendescunt, ut non tam amplificandi, quam percensendi, nec exornantis, sed iudicantis munus exposcant.

Verum vnde primùm hæc mea proficietur oratio? Nihil hic de Gregorij adole. scetis ingenio atque indole, quæ perinde ac ver nouum, reliquæ vitæ prouentum denūtiauit vberimum. Nihil de bene morata iuuentute, de egregia iurisprudentia, de Bononiensis academiæ magisterio. Nihil de constantiore iam ætate, quam per medias laudes quasi quadrigis vehentem, & vrbs Roma gradatim ad honorum omnium, ac publicorum munerum functiones eucexit: & Apostolicæ sedis Legati, cùm irent ad Reges, in suo studuerūt habere comitatu. Forrò quid attinet exornare dicendo egregiam eius operam in Decretis Tridentinæ Synodi conformandi, idque tam Pauli I<sup>II</sup>. quam Pij I<sup>II</sup>. Pontificatus quo præclaro ad eum delato munere, quid de Gregorio Tridentini

ni patres sentirent, facile declaratum est. Quid quanta omnium approbatione, quanta celsioris adhuc dignitatis spe ac præsagitione diuina in pupatorum Patrum ordinem à Pio III non minus auspicatò, quam sapienter sit relatus: à quo etiā Legatus ad Hispaniarū Regem missus, quam insigne fuerit sui ordinis hominibus virtutis, antiquitatis, prudentiæ documentum, adhuc prædicant, & admirantur Hispani. Nam fidem, integritatem, solertiam suam quātum is Romanæ curiæ probarit, restatum satis esse voluere duo Pij Pontifices. IIII & V. cùm Apostolicis illum literis, quæ Bievia nominantur, obsignandis præfecerunt. His instructus artibus, his munitus præsidiis, quid mirum est, si vestrūm omnium, maiore ne dicam consensione, an celeritate renuntiatus Pont. Max. ante populi torius præiudicio, quam vestrīs suffragiis; priùs omnī vōtis, & clamo:ibus, quam comitiis summo dignus Sacerdotio declaratus? Quāta, Deus immortalis, tunc fuit Romæ plaudentis hilaritas? Quām effusa omnium ordinum voluptas? Quām illustre quasi signū gentibus vniuersis ad bene de omni R. publica sperandū videbator esse sublatum? Neque spēm fecellit Gregorius: cœpit in omnes Ecclesiæ partes excubare, ut quod nouo

nomine præ se ferebat, id certis rerum, ac  
factorum firmaret euentis. Animaduertebat  
eorum quorum gerebat curam, alios ab Ec-  
clesiæ legibus, ac disciplina desciuisse; alios  
esse quidem orthodoxæ fidei cultores, sed  
in morū, ac vitæ rationibus claudicare. Has  
vrasque sui gregis partes complexus insti-  
tit per uigilare prouidus Pastor, sua singulis  
vel medicamenta, vel pabula ne decessent.  
Ac primùm quām incensis semper studiis  
cotendit oues, quæ à veræ religionis septis  
aberrabat in ouile suis si potuisset humeris  
reportare? Vedit ab aliis armorum motus  
ad hæreticorum impietatem profligandam  
sæpe tētatos plus cladis retulisse, quām præ-  
dæ, & diuturnitate, vel inauspicato exitu  
bellorum, non magis hostiles, quām Chri-  
stianas opes accisas. Itaque pugnandi rati-  
onem aliam sibi putauit ineundam, parcendū  
armis, ad probitatis, & eruditioñis præsidia  
confugiendum: non telis, ac machinis, sed  
sapientiâ decernendum: non externum mi-  
litem conscribendum, qui in impiorum ca-  
stra cataphractus inuaderet, sed è transfu-  
garum parentum domibus, ac complexu ab-  
strahendos adolescentes, qui credendi, vi-  
uendique optimis legibus instituti cum suis  
ipſi postea ciuiis, gentilibus, necessariis  
pedem non vulnerando, sed bene viuendo,  
dispu-

disputandoque conferrent: ut quos neque censatio neque turma valeret, sapiens, ac pius Sacerdos debellaret: & quod gladius non posset, penetraret oratio. O admirabilem viri sapientiam! ô inuentum salutare! Fremat, licet Lutherus, infanat Caluinus, debacchetur Zwinglius, ferruminent Ceturias; aliud cudent Euangelium nouos inuchant Christos; unus vos lacerat, ô nocturni praedones, unus vos cruebat Gregorius: & excitatis per Germaniam, Galliam, Sarmatium, Fannoniā iuuenum Seminariis, tanquam ageribus fidei, vias vestris satellitiis, intercludit, vestris vos implicat retibus: & intra fines, ac parietes vestros vestris vos liberos, vestris vos alumnis oppugnat. Neque verò unum ille vel alterum vobis opposuit propugnaculum, sed suum singulis penè gentibus exstruxit. Prutenis, & Suecis Brandenburgense, Vilnese Lituauis, Bohemis Pragense, Morauis Olomucense, Austriacis Viennense, Græcense Stiriacis, Dilinganum Germanis, Fuldense Saxonibus, Musipontanum Scottis & Hibernis, Heluetiis Mediolanense Britannis Rhemense, Caudiopolitanum Transyluanis. Sed quid ego tam longinqua commemoror? Quot in urbe videtis contubernialium iuuenum Collegia tanquam Religionis arces, ad quas externæ gētes quoti-

VV 5

die ex Oceano, ex Alpibus, ex Peloponeso,  
ex Synagoga ex Palestina confugiunt? O te  
felicem Gregorium! quories vel urbem, vel  
orbem terrarum spectabis e cœlo, toties de  
aluminorum tuorum domiciliis, toties de  
castris tuis aduersus Madian & Amalech;  
toties de singulari sapientia tua cogirabis:  
quā non solum ætatis nostræ portenta, sed  
priscos etiam Nestorios, Eurychetes, Dio-  
coros, Seueros Orientē penè toto persecutus  
es dimissis Alexandriam, Antiocham, Hie-  
rosolymam, Constantinopoli; & in urbes  
alias legationibus: quibus, Iaceſſiti ſunt ad  
pugnā Monophysitæ, inuitati ad reno-  
vandum priscum fœdus Armenij Græci ac  
Maronitæ ad Romani cœli cultum, ac mo-  
res euocari: Subalpinæ gentes exultæ, Sue-  
ciæ Rex ſui munetis, ac Religionis admo-  
nitus: Dalmatis, & Epitoris Christiana  
pietas, quæ multis iacebat locis, restituta.  
Hæc cū recordabere, Sanctissime Ponti-  
fex, tuæ non parum liberalitati, ac prouidē-  
tiæ grauulabere: & Pontificibus aliis, quæ  
ſint boni Pontificis partes tanquam viuus  
ac spirans interpretabere de ſepulchro. Ve-  
rum longius, quām voluſiſem, dicendo  
progressus ſum in iis, quæ cōtra Religionis  
oppugnatōres acta ſunt: ad Catholicorum  
nunc res accedamus. Mitto, quām multa,  
quæ

quæ siue populi siue cleri vitio delapsa iam  
defluxerant, nouis curauerit dectetis, ac  
seueris legibus vincienda. Mitto & Pontifi-  
cij Iuris, cuius ut erat consultissimus: ita  
fuit & in candorem pristinum restitutor: &  
œcumenicorum Conciliorum, Tridentini  
præsertim, auctoritatem in rebus gerendis,  
Ecclesiaque administranda sartam teatam  
quam castè integrèque conseruarit. Mitto  
quor ab illo iudicia prauissimis de rebus  
constituta, & multis siue temporum, siue cau-  
sarum difficultatibus impedita, insperato pe-  
nè exitu conclusa sicut. Testes quamplurimi,  
Coloniensis in primis Archiepiscopus,  
quem sacrilegis inhiantem nuptiis, & ad-  
uersus imperium, ac Religionem, non pau-  
ca molientem, Gregorij tum sententia, tum  
subsidium ab Ecclesiæ gubernaculis deie-  
ctum, in augustam compulit munitionem  
inde verò profugientem, in terras yltimas  
exturbauit. Atque hæc iudiciorum sunt ac  
forensis strepitus: quid illa pacis studia? Fuit  
ne alias Pontifex yllus amantior concor-  
diæ, aut diligentior publicæ quietis funda-  
tor? Gratulamur tam Genuensium, quam  
Militentium Equitum dissidia, & simulta-  
tes, quod malum in dies manabat latius,  
nec sine aliarum gentium tumultu, æquis-  
simo iure sublatas? Sustulit Gregorius.

Admi

Admiramur Polonos inter, & Moschos, homines ac armorum fragorem, ad perpetuas inter se dissensiones atque odia, ad mutuā internacionem natos amicitiam stabili fœdere conciliatam? Conciliauit Gregorius. Lætamur tam diuturna pace per omnem Italiā, ut quæ creberrimis ardere bellis ad vastitatem usque ac solitudinem solebat, ad humanitatis cultum, & ad pristinæ pietatis cōsuetudinem reuocata videatur? Reuocauit Gregorius, qui cunctando maluit, si quid emerferat discordiarum, sedare, quam eorum, quos adamabat ut pater, fortunas, ac salutem in discrimen adducere. Hæc fuit Gregorii mansuetudo, hic tranquillitatis amor, hæc quieta consilia. Sed quid ago, Patres amplissimi? Laudationem hanc, quæ decurso iam spacio calcem videbat, vix dum è carceribus emissam animaduertero, cùm cogitationem refero ad eorum multitudinem, quos ita Gregorij beneficia deuincere, ut ei se nec minora, nec pauciora quam patribus accepta referre testentur. Vultis universos hominum ordines; omnia publicarū rerum genera, quantum Gregorio debeant, percunctemur? Quid Vrbs Roma? Quantū illa nouis fontibus, basilicis repertis, atque insigni Pompa translati Diuorum corporibus, horreis, pontibus, palatiis, gymna-  
sīs,

sis, viis, porticibus, quæ tanquam rerū mutarum linguae, Gregorii nomen in omnem loquentur æternitatem, in pristinum videatur excitata splendorem? Quid clarissimus ac Sacrosanctus Senatus vester, Patres amplissimi? Quanta Gregorii. fuit cunctatio, quanta conciliorum tarditas, cum rei magnitudinem secum reputaret, in hominibus vestrum in ordinem cooptandis? Ab iis vero quos cooptauit, quantis laudum ornamentis, quam variis virtutum luminibus Collegium vestrum, velut cœlum syderibus illustratur? Et quidem si genus spectatur, agente Gregorio confessus vester non Dynastiarum modo, sed Regum etiam, ac Cæsarum sanguine purpurascit. Duo hæc maxima profecta sunt a Gregorio in Senatum vestrum beneficia, infrequensvsus aggregandi in Senatum, & sagax in aggregando delectus, digna planè; quæ reliquorū etiam Pontificum cōsuetudine sanciantur. Sed in percensendis, quibus ille beneficiis obstrinxit plerosque omnes; illud admiror Gregorio non modo bene merendi nunquam voluntatem, sed felicitatem quidem defuisse, ut ad cursum incitatissimo, hoc etiam calcar diuinatus videatur admotum. Id quod cum cæteris ex rebus planum sit tum ex eo quod in eius Pontificatus, statim tēporis vertente curricu

riculo, incidit Iubilæum, religiosissima celebritas expiationum: quam effusis conueniarum centuriis frequentissimam, quanto ille Templorum apparatu, & expositis palam diuorum ossibus consecravit? Quantum viis siue aperiendis, siue sternendis, siue amplificandis honestauit? Quanta commeatus, annonæ frugum omnium copia cumulauit? Quot institutis religiosisque inuentis peregrinationem non aluit modò, sed inflammauit pietatem? Quanta Xenodochiorum, Sodalitatum Sacerdotum, Optimatiam sedulitate perfecit, ut ab iis, qui ex quacumque cœli plaga conuenissent, nihil ad securitatem, nihil ad hospitium, nihil desideraretur ad victum? Ex quo non iniuriâ factum est, ut ab Urbe recedentes externi, Romanam gentium patriam, Apostolicam Sedem, Matrem populorum, Gregorium autem verissimum omnium Parentem, dissimilimis quidem vocibus, simillimis vero sententiis prædicarent, Vetera sunt hæc, dicit aliquis. Quid recens illud Gregorianæ felicitatis exemplum? Ab insulis Iaponiis, quarum propter diuinissima terrarum, ac maris interualla vix nomen ad Romanas aures peruererat, missa est officij & obsequij causa ad Gregorium Pont. Max. sub extremum penè sui sacerdotij diem illustris,

&amp; pri

& primā post Christi principatum , ac Hierarchiam, legatio, hoc est, iuuenes duo Regiae stirpis, praeclaræ indolis, eximiæ pietatis, laude florentissimi. Quos vicissim quanta Gregorius complecteretur benevolentia, cognoscere non ita pridem potuistis. Vidiſtis longæuum ſenem in Iaponiorum iuuenum complexus ruentem. Vidiſtis collachrymantem , cum primas ex remotissimis Oris Antipodum decerptas Deo fruges offerret. Vidiſtis apparatus: Antistites, pompam, vestium splendorem, cæterasque & honoris , & amoris significaciones , vt acerbissimum tanti Parentis obitum adolescentes regii optimo iure complorent. Porro quid miramur , in omnes terras Gregorii manasse beneficia? Ad cœlum quoque (si dicere fas est) pertinuere Solis ac Lunæ cursus, quo annorum ſpatia, & festorum dierū vicissitudines internoscuntur, affiduè à Mathematicis obſeruatus, frequenter agitatus in Synodis, à sanctissimis patribus non oſcitanter exploratus ; fluctuare tamen nunquam defit , donec Gregorius inſignium Astronomorum opera , rogatisque Regnum , ac Rerum publicarum ſententiis , ita C. Iulij Cæſaris anno & Nicenæ Synodi decreto Sequeſter intercurrit , vt indiſſolubili lege nobis cœli conuersiones, & temporum, celebri

celebritatumque recursus, atque interualla  
constarent. O prouidens iam viri singulare,  
quæ non terras modò complexa est, sed a-  
strorum quoque cursus ad Ecclesiæ vsum  
redegit, iussitque, vt ita loquar cœlum Chri-  
stianæ disciplinæ ritibus deseruire: iam ve-  
rò, si placet, orationem plus nimio vagantē  
deuocemus è cœlo; & in urbem, Italiam-  
que retrahamus, in qua si Gregorianæ sedu-  
litatis ac beneficentia monumenta conqui-  
rantur, & voce præconis omnes quos Gre-  
gorii liberalitas subleuauit, se prodere iu-  
beantur, tendent manus continuò pupillo-  
rum, viduarum, & grotantium vinctorum,  
aduenarum, captiujorum greges, quorum  
nomina etiam descripta seruabat Grego-  
rius, & velut amantissimus pater alimenta,  
uestes, hospitium, sumptus in alia res, pro-  
ut singulis opus erat, etiam non rogatus  
diuidebat. Hinc Vrbe tota collacrymatio  
pauperum, & velut ad commune funus ciu-  
latio. Tendent virgines nubiles, & adoles-  
centes ingenui: quorum illas à dedecore,  
ac maximis pupicitiæ periculis, collata in  
earum dotes pecunia, vindicauit: hos ve-  
rò non paucos vel orbatos parentibus, vel  
euersâ patria profugos, dum rectè literis ac  
moribus instituerentur, attributo redditu-  
sustentebat. Tendent & Neophytorum dœ-  
mu

mus quam in vrbe fundauit ; & Dalmatæ, quos ad ædem Lauretanam , ut virtutum, doctrinarumque studiis vacarent , collo- cauit , spem gentis. Illyricæ magna sacer- dotum & inscientia, & penuria laborantis. Tendent Religiosorum hominum familiæ, de quarum singulis si dicere non vacat ; at mihi nequeo temperare, quin sociorū meo- rum omnium nomine , qui voces suas in mea vnius voce sitas esse percipiunt , im- mortales agam gratias benevolentissimo Parenti , cuius magnificentissimis decretis ornati sumus tutela ac præsidio defensi:au- storitate communiti ope ac facultatibus re- creati. & in hac palcherrimâ orbis terrarum arce, ac domicilio insigni extructo Gymna- sio longè plusquā mereremur, honestati:tā- dem multiplici beneficiorum genere suble- uati per omnem Christianum orbē ad ex- tremos vsque Indos, atque insulas Iaponias, ad quas etiam vel maximis diffitatis locorum institeritis Grægorianæ munificentia lux penetrauit , eāsq; collegiis aliquot exorna- uit, & seminariis regiorū etiam puerorum. Misericordem Tabithæ industriam maiores nostri demirati sunt, quam & commendauit Apostolorum princeps, & viduæ prædicaue- re complures , eiq; vitā atque incolumente expositis elemosynarum pretiis redimere.

XX

At quantula hæc omnis benignitas est si cū Gregoriana conferatur? Circumstent Gregorii tumulum quos Gregorij solabatur ærarium: lachrymis, & precibus in cœlum fusis reponant gratiam quam ab eis Gregorii largitas iniit pignore benefactorum. Quam existimamus abundè, quām luculenter, ac facilè Gregorio Deum, Deique immortalitatem demerebunt tot puellarum conseruatus pudor, viduarum recreata solitudo, tot liberatio vinctorum, educatio tam multorum adolescentium, suscepta tot gentium patrocinia, tot denique Martyrum triumphi? Martyrum, inquam. Quid enim aliud esse dicam tam Romanum, quam Rhemense Anglorum domicilia, Gregorii cùm censibus, tum conciliis instituta, quām martyrum Seminaria, vt in quo solo Gregorius magnus Christianæ religionis sementem fecit, ex eodem Gregorius noster gloriosissimam piorum necem, & vberem sanguinis vindemiam inter cōpedes, vngulas scorpiones, equuleos, crutes, cæteraque tormentorum fulmina, ac tonitrua retulisse videatur. Äquum enim fuit vt Gregorii Pontificatum, quem institerant inferorum furiæ veterum rursus tyrannorum immanitate, & procellis tanquam denuo nascentis Ecclesiæ perturbare, eundem præpotens Deus prisca Catholicorum virtute, veteris

veteris patientiae trophæis, antiquæ fortitudinis monumentis, & clarissimis Martyrum victoriis illustraret. Te nunc appello Pont. Max. te, in qua nobis quidem extinctum de cœlo tamē (ut religiosè opinamur) collucetē. Enavigasti tandem ex terrarum Syrtibus, & vitæ huius scopulos præteruectus, in optatissimo portu conquiescis. Multa nobis reliquisti, quæ collaudemus, multa quæ imitemur, laboris tollerantiam; indefessam operā in cognoscendis transigendisque negotiis, singulari comitate conditam grauitatem amplificandæ Religionis studium, frugalitatē parsimoniam, pietatem in orando Deo, in procurandis sacris assiduitatem, æquitatē iudiciorum, atque innocentiam. Ego vero nihil admiror magis quam incredibilem tuā māsuetudinem nullis labefactatam offensionibus, & inauditam in summa potestate rerū omnium moderationem auimi, ut in tantæ dignitatis fastigio nihilominus, quam cum priuatus ageres, intemperantiam oderis & insolentiam, pullo sacerdotii culmine, nullis adulatorum vocibus, nullo plausu populi acclamantis elates rerum opinor humana-rum ille imbecillitatem, fragilitatemque cogitabat, & ad futurum aliquando extremum dicin, quo quidquid vspiam honoris gloriæ, celebritatis est, euancere. Hæc ipsa vrbis,

hæc Basilica Principis Apostolorum, hæc Patré corona, qui Gregorium videre quoniam hexaphoris, aurata, & tamquam curuli sella cæterisque Pontificæ Maiestatis insignibus ceruscantem, iidem per hosce dies illem viderunt exanimem, redactum in aliorum mortalium ordinem, in feretro iacentem, & de Pontificij celsitudine solij in pædores tumuli squalentis abiectum. Hic exitus, hic occasus est honorum omnium: ad hunc scopulum quæcunque admirantur homines, illis a franguntur, in has tenebras ac solitudinem, redigendum quicquid in mortalium oculis enitescit. Continenter, ac piè viuendi norma mors est: nec vitæ stadiū rectā decurit, qui in stadii metas non defigit obtutum, Hæc laus, hic apex sapientiæ est, ea viuentem appetere, quæ morienti forent appetenda.

---

### O R A T I O.

*P. Benedicti Iustiniani è Societate Iesu.*

### IN FVNERE INNOCEN- tij ix. Pont. Max.

**E**XTRÆMI, ac propè iam præcipitan-  
tis anni superioris exitum PP. A. A.  
INNO

INNOCENTI<sup>I</sup> Pont. Opt. Max. subita, atque inexpectata mors, & quod caput est non huic Vrbi solūm, sed orbi Christiano vniuerso, tristis, ac luctuosa funestauit: huius in sequentis exordiū, hæc solemnis cenotaphij pompa, hæc sepulchrales facies, Ingubris morientium psalmodia, istius Ordinis solitudo, ac mœror, Vrbis squalor, & lacrymæ, hic denique parentantium apparatus non sine gemitu, ac lamentatione consecrarunt. Fuerat hæc olim ipsius immortalis D<sup>E</sup>I inter homines nascēntis incunabulis, diuinique eius quasi rorantis sanguinis prima effusione initiata; quæ meritò beatarum mentium gratulatione, pastorum veneratione, ac plausu, ipso denique Magorum adueatu, longaque peregrinatione celebrata, ingenti cum gaudio, ac totius Christiani populi exultatione, anniversaria commemoratione reuocabantur. Verūm, non dicam extrema tā solidi ac veri gaudij, sed ipsam exorientem lætitiae materiā anteuerettens, omnem animi nostri sensum, ac motum luctus occupauit proqd ipse etiam Sol princeps luminum reliquorum, qui toto fermè Innocentij Potificatu, quasi mortalibus tam singulare, diuinumq; bonū gratularetur, clariori luce omnia complens, terris affulserat; ipso denique decumbēte ( si

tamen in re tam graui, atque hoc augustissimi Christiani orbis Senatu, poëtarū more libeat ominari )cæcis, ac densis nubibus obductus iubar omne cōtraxit; mox etiam eo iam vita functo, lento quodam imbre, quò veluti communi Ecclesiæ calamitate illacrymari videbatur non obscura significazione declarauit. Adeò nunc verè, atque ex animo cum patientissimo, eodemq; sanctissimo viro dicere possumus, versam esse in luctum cytharā nostram, & psalteriū in vocem lamentum. Viderat non ita pridē hæc Basilica Principis Apostolorum INNOCENTI V M hexaphoris elatum aurata sella pontificalia, thyara, auro, gemmisque coruscante, cæteris denique Pontificatus insignibus tamquam alterum inter mortales Deum in vestro PP. AA. quasi diuorum consilio resurgentem. Viderat Roma, atque incredibili omnium ordinum, ac ætatum acclamacione, & plausu exceperat per urbem ad Lateranensem Basilicam æquitantem, & ante paucos dies sacrosancta illa septē præcipua tempa pie, ac religiosè obeuntem, & feliciter atque auspicato initi Pontificatus fructum sperabat amplissimum. Sed ecce tibi(ō spes hominum fallaces, atque inane cogitationes!)eundem omnes primū qui. d: m graui, ac periculoſo morbo laboratēm

non

non sine dolore audimus; deinde etiam exanimem vidimus redactum in eorum ordinem, ac numerum, qui moriuntur omnes, & quasi quæ dilabuntur; & de Pontificij fastigij celsitudine, ac maiestate in squalentis tumuli p<sup>re</sup>dorem, horroremque deiectum. Magnum omnino, ac memorabile humanæ imbecillitatis, & cuncta cernentis Dei, occultoq; iudicio res humanas administratis documentum, paucorum mensum spatio tres summos Pontifices ita Pontificatum gessisse, ut sibi viui, ac videntes funeris pompam apparare, & tan claris insignibus velut infulis velati ad mortem destinari viderentur. Fecerat iam peruetusta Platoniconum querela, diuinā propè animi nostri vim quām ipsi diuinitatis particulā appellarunt, mortali terrenōque corpore inclusam, corporeis effectionibus subiacere: illud quidem vehementer admiror, ita hominum animos hac rerum caducarum externe specie, ac fuso deliniri, voluptatum illecebris irretiri, sensuum lenociniis capi, dignatum atque honorum fulgore perstringi: ut quem ad exitum vniuersa feinent; quem ad scopulum quæcumque admirantur, ac suspiciunt homines, allisa tandem franguntur, quas in tenebras, ac solitudinem, siue generis claritudo, siue nominis, ac famæ ce-

lebritas redigenda sit; quantum denique, inopiam, atque egestatem aurum gemmæ & quicquid rarum, ac prætiosum diues India fundit; aliquando paritura sint; vel stulte non animaduertant, vel ineptè dissimulent, vel perfidè inficientur. Longissimè ( mihi credite ) ab hac hominum amentia, atque furore abfuit INNOCENTIUS, qui ab inscute ætate ita vitam instituit non modò ut mentem diuini, humanique iuris scientia, longèque pulcherrima, atque honestissima plurimarum rerum, quæ ad usum vitæ pertinent, cognitione compleret: sed ita animum virtutis, atque honestatis studio excoleret, ut quicquid voluptatis titillatione perficitur, quicquid corpus oblectat, quicquid denique impura, ac nefaria oblectatione sensum, animumque permulceret, tāquam Syrenum scopulos evitaret. Facio libēter PP. AA. ut hinc potissimum mea ordiatur oratio, ubi excurrere, atque exultare facile potest; quod rarus ac propè inauditum sit, ita quempiam vitæ stadium rectâ decurrere, ut nusquam offendat, atque in ipso adolescentiæ flore, in illo æstu atque ardore libidinis, voluptatum cœno non obruatur, a fatem non inquietur; si non adhærescat, ne impediatur quidem; si non victus ac defatigatus consistat, at non cursum, contentionem

denique  
n gemmæ  
liues India  
vel stulte  
simulent,  
nè (misi  
ia, atque  
ii ab in  
modò ut  
scientia,  
nestissima  
vitæ per  
it a n  
udio ex  
illatione  
it, quic  
lectatio  
, tāquam  
pēter PP.  
ter ora  
acilē po  
m sit, ita  
currere,  
o adole  
ore libi  
atur, at  
erescat,  
s ac de  
conten  
tionem  
tionemque remittat; si denique non moria  
tur, non cum aliquo languore, atque ægri  
tudine aliquando luctetur. Proni sunt ho  
minum sensus & cogitationes ab ipsis penè  
iacunabulis ad malum, sic prorsus, ut vitia  
quidem atque flagitia non usu, & consue  
tudine didicisse, non alieno exemplo, atque  
institutione hausisse, nō cum nutriciis lacte  
suxisse, sed cum ipsa exoriente natura pe  
nitus traxisse videantur. At extitit aliquan  
do, & annos plurimos in hac urbe, in hoc  
orbis terræ theatro, in hac hominum luce,  
atque frequentia vixit, qui turpes libidinū  
motus, effrenatas voluptatis cupiditates,  
sensuum denique permolestas, ac impor  
tuas titillationes, vel nullas sensit, vel ita  
compressit, ut perfectæ, atque incorruptæ  
continentiæ laudem perpetuò conseruaret.  
Ore Beatum, INNOCENTI, qui peri  
culos adolescentiæ fluctus quasi cuiusdam  
procellosi maris gurgites ita feliciter ena  
uigasti, ut quod de Basilio, Gregorio, Na  
zianzeno atque altero Neocæsariensi Gre  
gorio, viris sanctissimis accepimus, syrtes  
illas horribiles ac pœnè inumerabiles sco  
pulos præteruectus, non firmus atque inco  
lumis solum; sed iinteger, ac purus ad Rem  
publ. accederes: ut iam dum quasi viro inno  
centissimo INNOCENTI nomen, quod

tibi in Pontificatu non sine diuino consilio placuit, iure tuo deberi tibi quodammodo videretur. Itaque præter indefessam in cognoscendis, ac transigendis negotiis operam, diligentiam, sedulitatem, integritatem, fidem; ita suam Paulo tertio Pontifici sapientissimo, atque accerrimi iudicij viro, bonis omnibus, paucis annis probauit industriam, ut difficillimis illis, ac periculosis, simis Ecclesiæ temporibus, quibus omnia quodammodo fluctuare videbatur, Auenionensi Provinciæ, pro archiepiscopo administrandæ præficeretur. Quo ille in munere quatuor annos ita laudabiliter posuit, ut singulari comitate condita grauitas, mixta cum æquitate incredibilis mansuetudo, cum potestate, atque imperio summa animi coniuncta moderatio, in rebus gerendis prudentia, in subiectorum animis leniter, benignèque tractandis industria, in periculis, & prouidendis, & auertendis prouidentia, pietatis, ac religionis studium, virtus singularis parsimonia, summa denique vitæ integritas, ac morum innocentia futuræ laudis, & gloriæ quasi quædā semina, & huiusc postremæ, eiusdémque maximæ Pontificiæ dignitatis omnia fuisse videatur. Quamobrem Alexander Farnesius Cardinalis Amplissimus, qui hominis ingenium, ac mores

mores ex ea procuratione, tāquam ex vngue  
leonem agnouerat, non est passus cum diu-  
tius in illo quasi orbis terræ angulo latita-  
re, qui posset in hac Vrbe velut ingeniorum  
palæstra, maiore cum sua laude, ac reipu-  
blicæ vtilitate versari. Hominem igitur in  
Vrbem reuocatum, in suam familiaritatem  
asciuit & sua ipsius priuata negotia omnia,  
publicorū munerum maximam partem il-  
lius fidei, atque integritati, nec ita multò  
post etiam Parmæ administrationem com-  
misit. His veluti honorum ac publicarum  
functionum, & munerum gradibus ad Neo-  
castensem Episcopatum primum Pauli IIII.  
iudicio, atque sententia, tum Pij IIII. aucto-  
ritate cuectus, omnium in se animos, oculosque  
conuertit, ut qui iam tum communi-  
ni omnium voce, ac supremo, ac summo  
Sacerdotio dignus prædicaretur. Audierat  
( credo ) vel etiam ipse legerat ( quid enim  
vir eruditissimus non viderat ? ) Beatissimū  
Augustiāum ita in episcopatu vixisse, ut  
mensa quidem sua neminem, nisi maledi-  
cos & detractores excluderet. Idcirkò cùm  
ipse ab eal abe se præstitit semper immunē,  
tum eo morbo laborantes ita exosos ha-  
buit, ut ne illorum quidem aspectum susti-  
neret assentatorib<sup>o</sup> autem ita planè offen-  
sus erat, ut qui ab ipso aliquid impetraturus  
vide

uo consilio  
odamno-  
efessam in  
gotiis ope-  
integritat-  
Pontifici  
dicij viro,  
bauit in-  
riculosif-  
us omnia  
, Auenio-  
po admi-  
n munere  
osuit, vi-  
as, mix-  
suetudo,  
nma ani-  
gerendis  
s leniter,  
in peri-  
is proui-  
ium, vi-  
denique  
ntiia fü-  
semina,  
maximæ  
videatur.  
Cardina-  
nium, ac  
mores

videbatur, si blādē assentaretur, oleū (quod aiunt) & operam perderet. Muneribus sanè, quibus à recto virtutis tramite plerique mortaliū abducuntur, sic prorsus abstinuit, ut leuiora etiam munuscula, quæ officijs, ac bencuolentiæ gratiâ transmituntur, maxima ex parte recusaret, ne fortè quæ exigna per se essent, multitudine, ac frequentiâ obrueret, vel preciosioribus donis quasi adiutum aperirent, vel Episcopi certè fidē, atque integritatem suspectam redderent. Neque vero vnius Episcopatus finibus, aut vnius Regni spatiis INNOCENTI gloria contineri potuit, sed claruit in celeberrima Tridentina Synodo, quo iussu Pij IIII. vñā cum cæteris Patribus doctrina & sapientia clarissimis conuenit, indeque ad omnes Christiani orbis plagas, magna omniū tum prædicatione, tum admiratione penetrauit. Claruit apud Serenissimum Venetorum Senatum, apud quem auctoritate Pij V. Sanctissimi, ac vigilantissimi Pontificis, sex integros annos Legatum Apostolicum egit, eiusq; Pontificis admirabile, planeque diuinum consilium ineundi fœderis contra Turcarum Imperatorem, vnde nobilissima ac post hominū memoriam glorioissima naualis victoria ad Echinadas extitit, Venetis ita persuasit; ut quod factu difficultimum putabat

tabatur, operâ, studio, ac labore, non longissimo tempore perfecerit: ut illius tā claræ, atque insignis victoriæ magna pars INNOCENTIUS diligentia, industriæ ac sedulitati debeat. Claruit in hac ipsa Vrbe: ubi Veneta legatione perfunctus, & Episcopatus officio solutus, quod illius cæli inclemenciam ferre nō posset, publicis muneribus ita præfuit, ut siue supplices libellos tractaret, diligentiam, ac sedulitatē nō vulgarem, siue de administrâda Repub. cōsuleretur, iustitiam, ac prudêriam singularem, siue de fide, ac religione ab Inquisitoribus interrogaretur, scientiam, ac pietatem admirabilem; siue denique GREGORIO Tertiodecimo iubente, de imperij, potestatisque finibus responderit, integrum, atque incorruptam fidem, & constantiam per se ferret. Quamobrem is, quem modo nominauit, GREGORIVS, de omnibus quidem Ecclesiæ partibus, sed præcipue de isto amplissimo & sacrosancto Collegio optime meritus, cum in eunte suo illo in omnem æternitatē memorabili Pontificatu INNOCENTIUM Hierosolymitanum Patriarcham declarasset, eo senescente iam, atque ad exitum vergente, maioribus illum, atque illustrioribus ornamentiis decorandum ratus, cum viros unde viginti omni virtutum genere, laudéque

que præstantes ( ex quibus iam tres in Pontificatu successores habuit ) in Purpuratorū Patrum numerum adscriberet , ingenti omnium approbatione , & celsioris dignitatis comprecatione , atque omne Cardinalem non minus auspicatō , quam sapienter renunciauit. Cardinalis autem creatus cūm probè inrelijigeret , cūm loci , ac dignitatis celsitudine proximè præcipitij ruinam esse coniunctam , multosque mortalium , aut cupiditatis turbine aut ambitionis vertigine corruisse , velubilem ( si ita loqui fas est ) fortunæ rotam trabali clavo defixit , ne ipsi fortè sua volubilitate , atque inconstantia aliquando noceret. Quid exspectatis P P. A A. quid suspicamini ? quid mente & cogitatione peruoluitis ? Exspectate rem quam vultis magnam , nouam , inauditam ; callide , ac sapienter excogitata , iuuentam , perfectam , ad omnes vitæ rationes constitutas opportunam , ad memoriam sæculorum omnium cunctarum gentium voce , ac prædicacione celebrandam , dignam purpura , dignam thiara , dignam immortalitate : Vincam profectè expectationem vestram , præcurram omnes ingeniorum motus , ipsas etiam primas cogitationes præuolabo , video vos oratione mea vehementius commoueri ; sed nisi certa omnia atque explora-

ta ,

ta & grauissimorum hominum testimonio,,  
atque auctoritate comprobaia narrauero-  
nolite credere. Parauerat ille sibi (attendite  
quæso hominisne dicam ingenium, an pie-  
tatem , an vtrumque?) parauerat, inquam,  
plicatilem tabellam; quam inter charissimas  
res magna cum diligentia clausam custo-  
diebat in cuius parte altera, moribundi ho-  
minis , animamque agentis mœsta species  
depicta erat ; in altera elati funeris , atque  
exequiarum tristis, ac lugubris pompa cer-  
nebatur. At quorsum, vt quoties illam spe-  
ctaret/spectabat autem tum maximè , cum  
se in remotius conclave ad numen propitiā-  
dum reciperet ) toties recordaretur, quis sit  
bonorum omnium , ac dignitatum exitus,  
quis terminus , toties intelligeret , qua ve-  
lut norma omnes vitæ actiones, & dirigen-  
dæ & metiendæ essent. Ergo vbi aliquid a-  
gendum erat explicata ante oculos tabella,  
suum conciliorum, & actionum omnium  
rationes ad ineuitabilem mortis necessita-  
tem & magni illius extremiq; iudicij mo-  
menta examinabat : vt ne quid vñquam ag-  
grederetur in vita , cuius ipsum postea pœ-  
niteret in morre; & quod maximè moriens  
probaturus erat , id verò dum viueret, pru-  
dens, ac volens amplecteretur. Neque dubi-  
tare fas est, cùm ipse præcepto illi paruerit,  
vt nouis

ut nouissima sua cōmemorant, quin etiam  
fructum eius cōsiliū vberimum cōperit, ut  
in æternū nō peccarit. Hinc ( opinor ) pius  
ille, atque laudabilis INNOCENTI metus  
manauit, quem Beatissimus Gregorius  
singulare pūtat integræ, castæque mentis  
argumentum, qui ibi culpam aut agnoscit,  
aut suspicatur, vbi noxē periculum nullum  
appareat. Hinc eximius ille, penēque incre-  
dibilis veritatis amor, quod intelligeret  
perditum iri omnes; qui loquuntur menda-  
cium. Hinc illa tam constans, tam immota  
tamque inconclusa æquitatis, iustitiaeque  
defensio, ut non modò amori, aut odio nihil  
vnquam concederet, sed neque illius celsi-  
tudinis obiectu allici ad flagitium, vel iactu-  
ra propè iam certa à recto deflecti, aut reuo-  
cari potuerit. Hinc vox illa planè diuina,  
quam idemtidem usurpare solebat s i i v s  
F A S Q . in discrimen adducatur, vel cum bo-  
norū, ac dignitatum assecutione contēdat  
se quidem facile quicquid infra Deum est,  
calcaturū modo integra, atque illa sa con-  
scientia ad extremū usque vitæ spiritū  
perseueret: Hinc illa perpetua, ac firma di-  
uini humanique iuris reuerentia, ut iam Pō-  
tifex creatus, cùm omnia posset, quæ Chri-  
stus humanæ vindex atque assertor liberta-  
tis suū in terris Vicarium posse voluit; plu-  
rimus

Pre

num tamen

legibus, san

cum seue ri

tudo, qua

religionis t

que p̄æclar

quā id cor

nium max

eritate, secu

tius populi

retur, tum

one; &amp; bo

ntificatu d

omnium P

nium in e

ffragia atq

NN O C

uidem fuit;

aris. Nam

nouum Pa

populos

ue tractare

ianæque f

ocaret, au

umeris cla

labuerit an

nulat, at

laxatis p

er imposi

Or.

rimum tamen semper sacrī antiquorū Patrū legibus, sanctionibūsque detulerit. Hinc illa cum seueritate iustitiae temperata māsuetudo, quam præcipue in supremo fidei, ac religionis tribunalī declarauit. Hinc denique præclara illa in omni vita æquabilitas, quā id consecutus est, cūm ut vestrū omnium maximo cōsensu, ac penē inauditā celeritate, secundo comitiorum die, ingenti totius populi gratulatione Pontifex renunciaret, tum vt ante totius Vrbis acclamatiōne; & bonorum omnium votis summo Pontificatu dignus iudicaretur, sic prorsus vt omnium propemodū gentium præiudicium in eo Pontifice declarando vestrā suffragia atque comitia præueniret. Verūm INNOCENTII Pontificatus breuis quidem fuit, sed sacerdotij gloria non vulgaris. Nam cum probè intelligeret, hoc à se nouum Pastoris munus efflagitare, cūm vt populos sibi subiectos leniter, benignèque tractaret, tum vt à veræ religionis, Christianæque fidei septis, aut abductas oues reuocaret, aut aberrantes, suis, si opus esset, humeris elatas, ad ouile perduceret, nihil habuerit antiquius (Gregorianæ laudis æmulator, atque vti nam etiam hæres,) quām vt laxatis populo Romano liberaliter nuper impositis vestigalibus de Barbaris ad

Or. p.

YY

fidem conuocandis, deque hereticorum perfidia tollenda, piè, ac sapienter cogitaret: neque cogitaret solum, sed re ipsa perficere aggrederetur. Si quidem & Iaponiorum Ecclesiam impij, ac nefarij Tyranni, immanitate vexatam, suâ liberalitate mirificè recreauit, & Byzantinum Collegiū, siue Turcarum conuersioni, siue Christianorum institutioni, ac solatio iampridem animo destinatum, tantum non instituit arque fundauit. Mitto quæ de rebus Gallicis ad seditiones sedandas, & ciuiles controuersias componendas, sapienter, ad subleuandam iam propè profligatam religionem, piè; ad pristinam, & auitam fidem, atque doctrinam reuocandam, apie; ad perduelles, & diuini humanique iuris prædones, atque archipyritas vel fallendos, vel opprimendos, callidè, atque ingeniosè rogitabat: cum vel extreemam animam agens, & vix tum spirans, Pontificio munere non viueret solum, sed maximè etiam incumberet. Nam gravissimo morbo, quo is bonis omnibus, atque Ecclesiæ vniuersæ erexitur est moriens; cum iam cæteris ex paribus oppressa mens esset, tamen extreumam sensam ad memoriam Reipub. semper reseruauit: sibi ac suis (quos tamen grandæuus senex indulgentissime diligebat) penitus amisit: ipse per se caligantem

gantibus morte oculis literas perlegere tē-  
tauit, sed oblatos supplices nescio quos li-  
bellos ut moribundā manu subscriberet,  
integris sensibus, totōque animo pernegauit  
ipse denique priuatarum suarum rationum  
oblitus interruptis, ac morientibus vocibus  
quæ necessaria videbantur mandauit, & pa-  
blicas Ecclesiæ necessitates, ne tum quidem,  
cum Pontificatu vitâque abibat, deserēdas,  
aut negligendas putauit. O Pontifice dignū  
immortalitate, dignum æternitate, qui ad  
publica negotia natus, & ab ipso Deo quo-  
dammodo factus videbatur ! qui cùm an-  
teactâ vitâ, & multarum rerum usu ; tum  
hoc suo bimeti Sacerdotio mortales om-  
nes in spem magnam crexerat fore ut I N-  
N O C E N T I I I X. Pontificatus posteris  
omnibus ad memoriam sempiternam, &  
quasi perfectissimum exemplar ad imitatio-  
nem præluceret. Atque ut taceam quid bo-  
natum artium, ac dicitinarum studiosi, quo-  
rum ille patrocinium semper susceperebat;  
quid Romani adolescentes, qui quidem liter-  
is, ac bonis insoribus imbuti essent, ab eius  
munificentia, ac liberalitate sibi iure polli-  
cerentur; quid piorum hominum sodalitia,  
sanctimonialium cœnobia, plurima, quæ in  
hac vrbe visuotur, adolescentū collegia, re-  
ligiosorū familiæ, quid deniq; xenodochia

sperare potuissent ab eo, qui ita ad omne  
genus pietatis propensus erat, ut cum in  
suis ac suorum rebus parcissimus videretur,  
in iis tamen, quæ ad Dei cultum, ac religio-  
nem spectarent, ita erat profusus ut nullum  
neque modum, neque finem largitioni præ-  
scriberet. Quis non videt quantâ spe deci-  
derint omnes boni? Etenim **I N N O C E N T I O** Pont. lætabantur rei frumen-  
tariæ atque annonæ copiâ incredibili Pon-  
tificis vigilantia & cura vndique cōportari,  
exules, atque latrones nostris propè cerui-  
cibus imminentes non tam ferro, & armis,  
quam prudentia & consilio dissipari, Pon-  
tificias opes, & Ecclesiæ patrimonium nouis  
legibus sanctius communiri, fidem, atqæ  
obedientiâ à subiectis exigi, non pecunias  
extorqueri, huius augustissimæ, ac magnifi-  
centissimæ Basiliæ, ædificationem magnis  
sumptibus strenuè vrgeri, res tum Ecclesia-  
sticas, tum ciuiles ad aliâ quidem, sed faci-  
liorem longeque expeditiorem formam esse  
reuocatas, Magistratibus nouas quasi leges  
ac iura præscribi; sacerdotia non nisi pro-  
batissimis viris distribui; quóque id esset  
perpetuum, quandâ esse rationem institutâ,  
quæ propediem euulgandâ, certa quædam  
capita, & quasi canones contineret, quibus  
caueretur, ne deinceps nisi pij, prudentes,  
atque

ita ad omne  
, ut cum in  
us videretur,  
im, ac religio-  
us ut nullum  
argitioni præ-  
ntâ spe deci-  
n I N N O.  
r rei frumen-  
redibili Pon-  
ue cōportari,  
propè cerui-  
ro, & armis,  
cipari, Ponti-  
onum nouis  
fidem, atqae  
on pecunias  
, ac magnifi-  
uem magnis  
im Ecclesia-  
m, sed faci-  
formam esse  
quasi leges  
on nisi pro-  
que id esset  
m institutâ,  
ta quædam  
ret, quibus  
prudentes,  
atque

atque eruditi ad Ecclesiastica beneficia pro-  
mouerentur. Sic verò sapientissimus Ponti-  
fex de sui muneris functione s̄epe ratioci-  
nabatur: Romanum Pontificē ita prouinciis  
sibi subiectis præesse, ut non Principis mo-  
dō, sed pastoris, ac parentis optimi personā  
sustineat; ita cōsentaneum videri, ut quem-  
ad modum ipse ceteris Christianis Principi-  
bus diuiniōris, atque augustioris potestatis  
vi, ac maiestate præfulget; sic omnis Eccle-  
siasticus populus vitæ sanctitate, religionis  
cultu, ac fidei integritate ceteris omnibus  
Christianis gentibus antecelleret. Itaque  
mansuetudinem, ac benignitatem ita cum  
auctoritate atque imperij maiestate tem-  
perādam esse existimabat; ut qui anteā suis  
consiliis maximè fidens, suæ etiam senten-  
tiæ tenacissimus esse consueuerat, inito Pō-  
tificatu, cum imperio, ac potestate nouam  
quandam docilitatem, atque facilitatem in-  
duisse videretur. Iam verò de isto Amplis-  
fimo Purpuratorum Patrum ordine quām  
præclarè sentiret, quāmque eius tuendæ, or-  
nandæ, amplificandæ dignitatis studio te-  
neretur, quid attinet dicere? cuidam ille, à  
quo ego deinde accepi, seriò affirmauit, ni-  
hil vñquam Cardinalium dignitatem, atque  
auctoritatem sibi invita charius futurū, modō  
sustinerent ipsi sese, neque indignè abiice-

rent, quam diuinitus acceperant officijs maiestatem. Verum hæc omnia olim viuente **INNOCENTIO** fuisse verè non possumus affirmare: futura fuisse illo superstite, si anteactæ vitæ exitus quoque respondeat, si plurimi obiri magistratus ingenium ac mores hominis satis declararunt, si ipsa Pontificatus auspicia similē cursum, atque exitum pollicebantur; nemo nisi inuidus poterit in dubium reuocare. Sed ætati quidem satis diu vixerat **INNOCENTIVS**, gloriæ plus etiam quam satis. Huic urbi, quam tanquam alteram patriam diligebat, in qua tot annos tanta cum laude versatus erat, & quam sibi recenti beneficio magis deuinxerat; Ecclesiæ vniuersæ, de cuius commodis, atque utilitatibus cogitandi non prius finem fecit, quam animam efflauit; amplissimo huic Collegio, cui tatum tribuebat, quantum vix quisquam aliàs ausus esset optare; bonis denique omnibus egentibus præsertim & calamitosis, quorū salutem, ac sospitatem clementissimus parés suis, ac suorum rationibus anteferendam putabat, immaturè non tam creptus, quam ad punctum temporis, quo grauiori vulnere nostrum omnium animi confoderentur, cōmodatus, aut etiam eminùs tantum cōmonsttatus esse videretur. Neque ramen omnino frustra: tametsi

Pre

met si enim c  
pienter cogi  
dum ad exit  
quidem, aut  
men dierum  
ores, atque l  
e, & oration  
arauit. Cūn  
que admirata  
tione, digni  
quam sit, quò  
Pontificat  
pōd vir ali  
us, & in p  
on modō al  
mquam ter  
atis culmin  
onstitutus,  
nusse cogita  
nata mors,  
huiusce sul  
quam hanc  
niam laude  
ideatur. I  
aduersus D  
nandem Po  
inuit, vt ne  
diurnasve p  
que ingrau

nametsi enim quæ ad Ecclesiæ virilitatem, &  
sapienter cogitarat, & prudenter constituerat  
nendum ad exitum perducere, sed ne exordi-  
ri quidem, aut inchoare potuit; paucorum  
tamen dierum spatio quæ sint optimi Pa-  
stores, atque Pontificis partes, non tam vo-  
ce, & oratione quam moibus, ac viâ de-  
clarauit. Cum autem multa videntur laude,  
atque admiratione, longè autem magis imi-  
tatione, dignissima, tum haud scio an quid-  
quam sit quod INNOCENTII vitam,  
& Pontificatum magis commendet, quam  
quod vir alioqui sui sanguinis amantissi-  
mus, & in primis indulgentissimus in suos  
non modò ab officio inorum caussa nullo  
vmquam temporerecessit, sed in hoc digni-  
tatis culmine, ac summi Sacerdotij fastigio  
constitutus, ita de illis, & modestè, & de-  
missè cogitabat, ut subita, ac propè inopi-  
nata mors, non tam thiaræ fulgorem, aut  
huiusce sublimis dignitatis celsitudinem,  
quam hanc illitam singularem, atque exi-  
miam laudem præripuisse, atque inuidisse  
videatur. Porro cum ab infantia pietatem  
aduersus Deum egregiè semper coluisse,  
eandem Pontifex creatus ita religiose re-  
tinuit, ut ne decumbens quidem nocturnas,  
diurnasve preces statis horis omiserit: cum  
que ingrauescet morbo Medicorum con-

YY

filio, atque auctoritate iis abstinere cogere-  
 tur, illas tamen coram se iusserit integritas  
 recitari. Augustissimum sanè Eucharistiæ  
 Mysterium, diuinamque Liturgiam, tanta  
 veneratione, ac cultu prosequebatur, vt cū  
 nihil magis haberet in votis, quam Missæ  
 sacrificio( quod ipse dū viueret, ac valeret,  
 quotidie fermè frequentabat) interesse. anti-  
 quæ tamen grauitatis, & pris corum Cano-  
 num nō immemor, eo tam sancto, solidōq;  
 gaudio carere maluit, quam permittere, aut  
 pati, vt in eo, in quo ipse iacebat cubiculo  
 Agnus ille cœlestis, qui mortalium omniū  
 scelera abluit, semel, aut iterum litaretur.  
**Quamobrēm** sacrificari suo loco, & ad se  
**Hostiam** salutarē ritè deferri iussit, quam,  
 quoniam percipere nō poterat, de more re-  
 ligiosè veneraretur: vbi verò naturæ vim,  
 ac Medicorum artem morbi malignitate  
 superante, de procurandis Christiano ritu  
 sacris, animoque expiando monitus esset,  
 primū quidem negauit se ab eo die, quo  
 Sacram Synaxim perceperat ( is fuit Christo  
 nascenti sacer ) ullius sibi noxæ consciū  
 esse; tum quæsivit sereno, ac tranquillo ani-  
 mo, verū earum rerum tempus adesset.  
 Quod vbi aduenisse cognovit, ceterarū om-  
 nium rerum curis abiectis, ritè omnia cùm  
 peracta essent, nullum deinceps aut auribus

sermo

sermonem, aut animo cogitationem admisit, nisi iis de rebus, quæ ad animi salutem pertinerent, cùm etiam paulò ante nona semel facessere iussisset quosdam, qui ipsi necio quid depravatis rationibus insusurrabant. Meminerat enim, eum à Christo Dominio fidèlem, ac prudentem seruum appellari & dignū qui in multis, id est, cælestium ac diuinorum munerum possessione constitutus, qui in minimis, hoc est, terrenis, atque caducis dignā tanto munere fidē atque integritatem præstisset: quām cum illæ nullo vñquam tempore violasset in vita, mox ante omnium Iudicem sistendus, in discrimen adducere nequaquam voluit. Sed finis sit: nam mihi quidem venit in mentem vñteri, ne, Deus immortalis, nostris flagitiis, atque sceleribus acriùs indignatus, tanto Pastore Ecclesiā spoliarit, quod eam gravi aliquo supplicio, breui aut probandam, aut (quod omen maximè abominamini) decreuerit esse mactandā. Te verò in hac mea extrema oratione appello INNOCENTI siue in illo iam Beatorum concilio (ut auguratur animus) immortalis viuis, siue propediem omni labore purgatus, multoque in hoc Pōtificio solio lætior es confessurus, te inquam, appello, qui & clariori luce perfusus, & vehementiori charitate inflamatus,

YY 5

vere cogere-  
t integritas  
Eucharistiae  
giam, tanta  
atur, vt cū  
uām Missæ  
ac valeret,  
teresse. anti-  
rum Cano-  
sto, solidōq;  
mittere, aut  
t cubiculo  
um omniū  
n litaretur.  
, & ad se  
fir, quam,  
e more re-  
turbæ vim,  
malignitate  
tiano ritu  
itus esset,  
die, quo  
it Christo  
conscium  
uillo ani-  
s adesset,  
rarū om-  
nia cùm  
auribus  
sermo

res mortales neque negligis omnino, & Ecclesiae procurationem sine formidine, sine labore, sine sollicitudine adhuc sustines, petoque a te ut hanc Vrbis totius collachrymationem, pauperum, ac viduarum fletum, & veluti in communis parentis funere, omnium ordinum culationem, bonam in partem interpretare, Ecclesiae olim tibi commissae causam apud Deum Opt. Max. quantum potes (poteris autem quantum diuinitus tibi, ac tuis plurimis virtutibus, atque promeritis concessum fuerit) promouere ne desinas: ut quando ipsa per te didicit & quantum amiserit & quid potissimum debeat optare, votis etiam suis te maximè agente, te duce, atque auspice aliquando damnetur.

## ORATIO

P. IVLII NIGRONI

e Societate Iesu,

IN LAUDEM S. HYACINTHI

Poloni, Ordinis Prædicatorum.

**L**ÆTOR vehementer hodierna die in hoc augusto celebrique templo mibi dicendi munus obtigisse, Card. Amplissimi, Patræque religiosissimi: Nam etsi per magnum quidem est, & verè etiam pertimescendum, in

tot

ret virorum dignitate, iudicio, sapientiaque  
præstantiū corona, vnu quempiam peregrinum  
ignotum auditoribus, imperatū assur-  
gere ad dicendum penè ex tempore, de lau-  
dibus Beatis. Viri Hyacinthi, qui post septē  
martyres cognomines suos, primus huiusce  
nominis Cōfessor, Doctor, ac Virgo, in cæ-  
lestium numerum relatus est: tamen non  
valdè gaudere non possum, cùm animad-  
uerto, eo mihi die dicendum esse, quo pri-  
mum die sanctissimi huius Viri solenni ritu  
piece sacrificioque colitur, à Prædicatorum  
religiosissima familia, quorū vitam ille vi-  
uens professus est: & eo in templo quod iam  
dudum esse noui plenissimum sanctitatis:  
eorum rogatu, quibus optantibus obsequi  
m̄hi gloriosissimum duco: addo etiam apud  
eos potissimum Auditores, qui proris aurib⁹,  
benevolisque animis excipiēt oratoris vo-  
cem, de virtutibus eximiis, singularibusque  
ornamentis præclarissimi Confessoris sui,  
differentis: & quod caput est, eo de Viro di-  
cendum, in quo exornando, ne infantissimo  
quidē oratori quāuis cum vox, latera tem-  
pus deficerent, deesse potest oratio. Illud  
vnu me nonnihil cōmouet, Auditores, vndē-  
nā potissimum in tantarerum amplitudine,  
laudandi sumam exordium: ab iisne rebus  
quas victor sui contempsit, an ab iis qui  
fertiger,

minò, & Ec-  
nidine, sine  
sustines, pe-  
collachry-  
ūfletum, &  
nere, omniū  
partem in-  
ōmissæ cau-  
ntum potes-  
itūstibi, ac  
promeritis  
desinas: vt  
ntum ami-  
optare, vo-  
, te duce,  
ur.

ONI

INTHI

na die in  
mibi di-  
ssimi, Pa-  
magnum  
cēdum, in  
tot

fortiter, sanctè admirabilitèque iessit, etenim difficile dicta est, difficilius iudicatu, vtrum Hyacinthus in rerum vulgo speciosarum contemptione fuerit admirabilior, an in conatu piè laudabilitèque gerendarum. At quia neutrum genus rerum sileri sine culpa potest & ordiri necesse est ab alterutro, exordiamur à primo. Erat igitur Hyacinthus familia pernobili ortus, & in amplissimo Poloniae Regno natus, vbi Nobilitas antiquissimo iure, creādis sibi Regibus, ipsa sibi liberè dominatur. Fuerat ab illustribus parentibus educatus egregiè: doctrinis eruditus non vulgaribus: erat Iuonis Cracoviæ (quæ ciuitas Regni Polonici caput, ac regia sedes est) Episcopi copiosi, ac locupletis fratribus filius: à quo & canonicatum erat in eadem Ecclesia cōsequutus. Quid prætereat rebus grauioribus gerendis erat exercitatus à patruo Romæ versatus aliquādiu, Romanæ curiæ charus, Pōtifici qui tum Ecclesiam vniuersam gubernabat, Honorio Tertio gratiosus: ac proinde non modò tenebat penè manibus Episcoputum Cracoviensem, sed etiam ad amplissimos quosque honores sibi aperuerat viam. Quid hic expectatis auditores? Positus in tam secundo rerum humanarum fluentium ad voluntatē cuius, aetate, ingenio, nobilitate, gratia, opibus

Pr  
bus honorib  
na quadam  
momēto tēp  
uit, abiecit:  
sentis, mel  
tuens, mai  
delicias affl  
dorem obs  
religiosa co  
tiæ mortal  
sum, ô me  
omnes, sed  
enim ordin  
mutatione  
qui vñà cu  
Affiliatæ V  
to, tunc pr  
efflorescet  
rum, viuer  
in ordinem  
hanc fami  
Quo cont  
complexu  
giosam vi  
refaceret  
prodesset  
impulso,  
pellit, C  
sollicitu

bus honoribusque florens, sponte sua, diuina quadam animi celsitate præditus isthæc momëto tēporis vniuersa despexit, repudiauit, abiecit ac meliora ornamenta vitæ præsentis, melioraque bona consequentis intuens, maluit nuncium Mūndo remittens delicias afflictione corporis, honorū splendorem obscuritate vitæ diuiriæ paupertate religiosa commutare, gratiamque Dei gratiæ mortalium anteferre. O animum excellsum, ô mentem altissimam viri res caducas omnes, sed prudentissimè despicientis! Quenam ordinem religiosorū in hac vitæ cōmutatione complexus est? eum nimis, qui vñā cum Ordine Minorum à Francisco Assisiate Viro notissimæ sanctitatis instituto, tunc primum ad salutem Christianorum efflorescebat, Ordinem, inquam, Prædicatorum, viuente adhuc, atque illum recipiente in ordinem ipso sanctiss. viro Dominico qui hanc familiam, & fundauerat, & ducebat. Quo consilio? qua mente? cuius impulsu complexus? eò sanè consilio, vt sibi per religiosam vitam facilius ad Cœlum aditū patefaceret: ea mente, vt patriæ commodius prodeßset suam operam depositi: eius impulsu, qui quemq; ad optima semper impellit, Cùm enim Iuo patruus, de suo grege sollicitus Pastor enixè peteret à S. Dominico

ießit, etc.  
iudicatu,  
ulgò specio.  
mirabilior,  
e gerenda.  
rerum fileri  
se est ab al.  
Erat igitur  
rtus, & in  
s, vbi Nobi  
biRegibus,  
ab illustri  
è: doctrinis  
uonis Cra  
aici caput,  
i, ac locu  
monicatum  
Quid præ  
erat exer  
aliquādiu,  
i tum Ec  
Honorio  
modò te  
n Craco  
s quosque  
d hic ex  
a secundo  
voluntatē  
atia, op  
bus

co, ut in Poloniā ē suis sodalibus mitte-  
 ret, qui populos illos verbo excoolerent, &  
 exemplo: contra Dominicus affirmaret se-  
 sc, peritum religionis illius, ac linguae, qui  
 mitti possit habere neminem: Hyacinthus  
 dērēpētē diuino efflatus spiritu, Dominici  
 ad pedes accidit, ei se offert, nec oppinanti:  
 nulla interponitur mora, induitur religioso  
 habitu, recipitur in disciplinam, consecra-  
 tur Deo in familia Prædicatorum; Quam  
 cūm ego nomino (honoris enim, & verita-  
 tis causa nominabo sapissimè) cupio vos,  
 Auditores, testatus Deum immortalem me-  
 nihil gratiæ, nihil auribus dare, cupio, in-  
 quam, vos intelligere eum religiosorum  
 hominum cœtum optimis temperatum le-  
 gibus, per Honorium Tertium Pontificem  
 ab apostolica sede conprobatum, qui non  
 modò quatuorve Pontifices Maximos, per-  
 multos Cardinales, innumerabiles prope-  
 modum Episcopos Ecclesiæ peperit: non  
 modò viris doctissimis, qui Christianorum  
 magistri verè habentur, per quadringen-  
 tos ferè annos floruit; non modò Domini-  
 cum parentem suum, Thomam Ecclesiæ  
 doctorem, Petrum Martyrem, Vincentium  
 cōcionatorem egregium, Anthonium Epi-  
 scoporum formam, aliosque in Sancto-  
 rum numero ritè locatos educauit: sed

etiam

er. Pla-  
 lib. 2.  
 bono  
 . relig.  
 2.

etiam, quod ego maximum duco, cum propria sit. ac solida laus ( illa enim cum aliis religiosorum ordinibus communia sunt ) iam inde ab ipso ortu vsque ad hoc tempus perpetuus fuit, constans, & acerri-  
bus, nō ad sudoris modū, sed etiam ad san-  
guinis vsque effusionem, Catholicæ fidei, HUMB. S.  
sinceræque Religionis, & defensor, & pro-  
pugnator. Magna laus hæc Hyacinthi est, <sup>c. 23. Re-</sup>  
Card. Illustris tantæ fuisse filium Parentis:  
magna laus familiæ tanti fuisse filij Paren-  
tem. Optima Hyacintho dederat educatio-  
nem Mater: maximum Hyacinthus reddidit  
decus matri: dicā iterum, & clara voce atq;  
intenta dicam, vt omnes exaudiant. Magna  
Hiacinthi laus est, ex ordine prædicatorum  
extitisse: verū fortasse non minor illa est,  
fuisse ex primis, qui sunt in hanc ordinem  
cooptati. Prudenter enim Umbertus Quin-  
tus magister vniuersi ordinis vestri monuit,  
Patres optimi, vt in Ecclesia sua fundan-  
da Christus Saluator noster Apostolos ex-  
citauit, Viros, vt uno verbo dicam, tales,  
quales posterioribus sæculis omnino nulli  
extiterunt: ita religiosorum hominum or-  
dines nru diuino recens institutos, diuino  
item instinctu, viri magni animo & prude-  
tia rerum agendarum: magni ingenio, do-  
ctrina, eloquentia: magni probitate, ac vir-  
tute

libus mitte-  
recolerent, &  
ffirmaret se.  
linguae, qui  
Hyacinthus  
u, Dominici  
c oppinanti:  
ur religioso  
, consecra-  
um; Quam  
, & verita-  
cupio vos,  
ortalem me  
cupio, in-  
ligiosorum  
eratum le-  
Pontificem  
n, qui non  
timos, per-  
es prope-  
perit: non  
tianorum  
adringen-  
Domin-  
Ecclefæ  
ncentium  
nium Epi-  
n Sancto-  
uit: sed  
etiam

tute complectuntur, quales eorum posteri  
desiderare magis quam videre consueverūt.

Quare cum Hyacinthus ab ipso Auctore  
Ordinis Dominico sub initium erectæ fa-  
miliæ in Prædicatorum numerum lectus, &  
adscriptus fuerit, meritò dici potest, Apo-  
stolus vestri ordinis & vel hoc ipso nomi-  
ne, quod inter primos adscitus sit, magnus  
& ad magna vocatus à Deo putandus est.  
Dixi de rerum humanarum despicientia:  
restat de rebus gestis dicendum. Hyacinthi  
porrò res gestæ, aut actiones fuerunt virtu-  
tum, imitandæ, aut miracula admiranda, quæ  
partim ab eo dum viueret, patrata sunt par-  
tim post felicem excessum è vita. Ac mihi  
quidem in Polonia, quo non multò post  
mutatam vitæ rationem, iussu Domini,  
vineæ Euangelicæ caussa colendæ profe-  
ctus est, & ubi tanquam in latissimo campo  
diutiùs virtus eius quaquà versus excurrunt:  
mirabilis visus est, in actione vitæ cum cō-  
templatione, tēperanda, mirabilis in reliquis  
virtutib. quæ inter se pugnare videntur, mi-  
ra quadam concordia permiscendis. Etenim  
humanissimus erat in alios, aduersus se ipsū  
asperimus. Peccata in aurem sibi confiten-  
tibus collochrymabatur, & in eorum ani-  
mos aculeos reprehēsionis salutares iniicie-  
bat. Interdiu ad lassitudinem usque defati-  
gaba

posteri  
uerūt.  
uctore  
ctæ fa-  
ctus, &  
, Apo-  
nomi-  
agnus  
us est.  
ientia:  
acinthi  
virtu-  
a, quæ  
nt par-  
c mihi  
ò post  
minci,  
profe-  
campo  
currunt:  
m cō-  
eliquis  
ur, mi-  
tenim  
sc ipsū  
fiten-  
n ani-  
niicie-  
efati-  
gaba  
gabatur agendo: & ad Sanctorum aras per-  
noctabat in precibus, assiduus erat in con-  
cionibus, & terga nodosis faniculis, ad san-  
guinem vsque verberabat. Peregrinabatur  
pedes & diem integrum ieunius. Sollicitus  
erat de salute finitimarum regionum, nec  
tamen prouinciam suam incultam desere-  
bat. Quis proh Deus immortalis! tot res,  
tam difficiles, tam inter se pugnantes confi-  
cere colligareque potuisset, nisi diuina ma-  
gnitudine animi, ac sapientia fuisset instru-  
itus? O vir laborum, victor, quam angusta  
erat pectoris tui latitudini Polonia prouin-  
ciarum omnium amplissima, cum de finitimi-  
orum regnorum salute cogitabas? cum in  
Bohemiam concionatores, Euangelicisque  
operarios subimittebas? cum ipse meritorum  
lustraturus vastissimas illas regiones ad Septen-  
trionem Orientemq; porrectas, & fame diui-  
ni verbi laborantes satiaturus eò iter arri-  
piebas? Attendite quæso, Auditores rem fin-  
gularem, admirabilem, inauditam, cum mi-  
raculis æquandam prophetarū. Deligit tres  
e suis, itineris comites, & laboris: pedes iter  
ingreditur Masodiam versus. Peruenit ad  
fines eiusdem prouinciae, quæ Poloniæ ad-  
hærescit. Cum ad oppidum celebre cui no-  
men est Visogrodiū, diuertere cuperet, in-  
currat in flumen (Vistulam opinor) cum per

Z Z

tum verò liquefacta niue , fractoque gelu  
 turgidius solito atque incitatus. Non pons,  
 nō linter se offerebat transeuntibus. Char-  
 tas cupidum ante noctem in oppido cōcio-  
 nādi, traiicere imperabat: sed humana subfi-  
 dia deerant charitati. Quid hoc loco cōsiliij  
 capiat, Auditores, Christi peregrinus? Non  
 erat ille Moyses, qui virga Eritreum mare  
 secans aperuit suis viā inter tumentes flu-  
 ctus. Non erat Iosue, qui Iordanē cohibere  
 cursum incitatum iussit. Non Elisaeus, qui  
 pallio diniisit iā doctram hominibus parere,  
 Iordanē. Memor tamē eundē, praeesse atq;  
 inesse rerum Naturę Deum, qui omnia pos-  
 sit, memor Christi Domini sui supra mare  
 quōdam ambulantis, spe ac fiducia plenus,  
 diuinitus , vt par est, credere excitatus, au-  
 det rem tentare supra naturæ vires. Quid  
 faciat? Dat se primū in preces cum comi-  
 tibus : deinde Signo munitus Cræcis, nouo  
 modo, non ante Christum , vt reor audito,  
 neq; vñtrato, fluuium , non fluentem aquis,  
 sed furentē vndis , sed feruentē vorticibus,  
 sed ingentia glaciei frusta volucentem , pre-  
 mit, calcat, transmissurus pedibus calceatis,  
 quasi solidā tellurem nihil cedentē plantis.  
 Sodales metu percussoes pendentes animi,  
 inopes cōsiliij nihil fluctuans ipse, nihil sub-  
 fidēs, animare, iuicare, prouocare , vt se in-  
 sequa

Exod. 14.

Ios. 3.

Reg. 3.

sequantur: renuere illi rem metientes humano modulo, stupere, formidare periculū, hæcere in ripa. Hic Hyacinthus tergo fluminis sustentatus, stans in gradu, tanquā alter Elīsæus proiicit pallium, eo ut explicato, pro nauigio utatur imperat. Illi tandem minardo Magistri sui statu minime fluctuatis animosiores facti cōmittunt se pallio, credunt se vndis: & trahēte in usitatā nauiculā, gubernanteq; Hyacintho, delati aliquātum amne secundo, fluuiū omnes transmittunt in columnes, suca rānicę talaris ora, ne soleis quidem madefactis. Quid in hoc miremur, auditores? Fidemne in Dei prouidentiā, an factum ipsum? maxima fides: maximum factum: illa singularis, hoc planè nouum Calcauit Christus vndas intumescentis lacus. Matt. 15.  
S. Greg. 1.  
2 Dial.  
cap. 7.  
Hyacinthus rapidissimi fluminis fluctus. Pressit plantis Simbrii nūm stagnum plācato æquore Maurus, ad imperium Benedi-  
cti Abbatis parendi magis cupidus, quā co-  
gitans de periculo. Hyacinthus Vistulā in-  
citatissimo cursu præcipitantē, vltro medi-  
tatus periculi gnarus, pedibus pressit. Scidit  
Elīsæps pallio Iordanem profluente m, vt 4 Reg. 2.  
vado ipse transiret suis hic discipulis de pal-  
lio lembum fecit. Christum imitatus Hya- Ex Breui-  
cintus Maurū vicit in se, Elīsæum penè vi- ario.  
vit in suis: constanti fama accepimus, S. Frā-

ciscum, cui à Paulo patria cognomen est, Siciliense fretum, pallio suo pro cymba usum  
traieciisse, quod inhumani nautæ, sine naulo  
transportare virum pauperimum recusaf-  
fent ac deseruissent in littore. Magna res,  
magnus animus. Fides æquè ut illa mirabi-  
lis. At quod longo intervallo post Hyacin-  
thum vixit Franciscus; potuit ab Hyacin-  
tho didicisse, audere magna, fidere Deo. Ne-  
que enim indignum est, virum sanctum, sā-  
cra erudiri magistro. Mitto reliqua. Non e-  
nim est huius temporis, hoc est semihora, <sup>et</sup>  
non dico explicare ornando, sed percensere  
numerando miracula omnia Hiacinthi, spe-  
cata; probatae fidei testata. Extant publicæ  
tabulæ, extant diplomata pontificia: extat li-  
bellus ex historiis ea complexus vniuersa.  
Ibi dicuntur mortui non pauci per Hyacin-  
thum ad vitam reuocati: mancæ digitis ma-  
nus redintegrata: redditæ segetibus fru-  
ges, quas grando sustulerat: depulsæ febres,  
ejecti dæmones de corporibus: cæcis viden-  
di, audiendi surdis, claudis ingrediendi re-  
stituta facultas, ex dictis facite de reliquis  
coniecturam. Iam verò quando in eo pri-  
mario templo sumus: cui beatissima Virgo  
Maria curâ maternâ præsidet, fas non est  
præterire Hyacinthi religionem qua co-  
lebat eam gloriosissimam cœli orbisque  
Reginam quæ cum omnium religiosorum

ordinum, tu-  
na est. Is i-  
Virginis ad  
vino cibóq-  
neret. Tan-  
coniunctus  
Matre filii  
cissim erga  
rissimum fr  
oranti illi  
quo virgo  
cepta est,  
credibili  
filiū suū a  
ad progre  
hortata v  
Deo au-  
dere Hyac  
esset ad ex  
atque hor  
die, quo  
Hyacinth  
virtute co  
structus, c  
seruit, at  
auolauit.  
fœminæ q  
ma integ  
tū est, ead

ordinum, tum in primis prædictorū Patrona est. Is igitur nullum diem festum tantæ Virginis aduentare sinebat, quin pridie se vino ciboque omni, præter panem abstineret. Tantâ erat cum ea familiaritate piâ coniunctus, ut tamquam cum amantissima Matre filius ageret in precibus suis: illa vicissim erga Hyacinthū, ut mater erga charissimum filiolū gereret lese. Nam primum oranti illi ad aram ipsius, pridie eius diei, quo virgo in conuentū beatorū corpore recepta est, visa est repente labi de cœlo incredibili circumfusa splendore, quæ hunc filiū suū affata est suauissimis verbis, atque ad progressus in virtute continuandos adhortata vehementer, deinde cum placuit Deo auctori vitæ, mercedem laborum reddere Hyacintho, ei pia Mater, quo paratior esset ad exitum vitæ mortalis, diem mortis, atque horā prænunciauit. Quin etiā eo ipso die, quo Virgo quondam in cœlum abiit, Hyacinth' hortatus ante obitō suos ad vitā virtute colendā, sacramētisque omnibus instructus, corp' quod corrūpitur in terra deseruit, atque in cœlesti domiciliū beatorū auolauit. Postremū, vt sanctissimæ cuidam fœminæ quę annos totos quadraginta summa integritate vixerat, per visum significatum est, eadēmet Dei Parēs multis beatarum

mētium comitata cohortibus, animum eius inuexit in cōlum, atque inter beatos non humili in sede collocauit. Vix obierat, cūm sepulchrū coruscare miraculis cōepit. Inter quæ illud, quod eximiaæ cuiusdā virtutis argumentum est, nullo modo prætereundum videtur. In funere priscorū Regum, auditores, atque Imperatorum defunctorum, cūm eorū impura cadauera de more cremarentur, vt fœtoris prauitas à naribus viuorum depelleretur, magna vis odorum in eundē rogum coniiciebatur. Ducetas, & decem le-

*Intr. in Sylla.*

cticas odoribus preciosissimis refertas arsis- se cum L. Sylla testatur historiæ quin etiam in eodē ambitioso funere, humanæ magnitudinis, simulachra duo, alterū Syllæ, alterū Iictoris, ex diuersissimis lectissimisque odo- ribus, quos Romanæ fœminæ contulerant, facta, cum exsangui corpore, iisdem flammis incēsa fuere. Verūm dissimilem voluit Deus mortē esse piorum, quorū sanctissima cor- pora, vt ab omni turpitudine dum viuerēt: abhorruerūt; sic mortua, integra ferē, atque ab omni corruptela divino munere conser- vantur aliena. Longum esset narrare de om- nibus, quorum è sepulchris patefactis, se- pulchrorūmve rimis, mira quædam, ac diui- na suauitas odoris afflata est. Ac ne egre- diar ex ista vestra familia prædicatorum,

Patres

Patres opti-  
tuat, & mi-  
bus prodit  
oris, Iord  
ordinis du  
Theologo  
chris odor  
diuinū hoc  
sepulchrū  
marmórqu  
mum odo  
stati sunt.  
ris incand  
humano n  
maximè p  
videretur.  
gnificari  
mus: eam  
gine Dei I  
mabat, &  
Virginita  
suauitas p  
martyr sa  
scopus, Pi  
funeris cu  
dormiscē  
so specie  
Prādotæ  
auream g

Patres optimi, vbi tot virtutū exēpla suppe-  
tunt, & miraculorum nōnne vestrī annali-  
bus proditū est Domini Familiæ condi-  
toris, Iordanis qui proximus Dominico, in  
ordinis ductu successit: Thomæ Aquinatis  
Theologorum Magistri corpora, de Sepul-  
chris odorem spirauisse? neque verò defuit  
diuinū hoc beneficium Hyacintho, cuius ad  
sepulchrū procumbētes multi deprecatur  
marmórque de more piè obsculati, suauissi-  
mum odorem effluere inde senserunt ac te-  
stati sunt. Äquū enim erat, vt cœlestis odo-  
ris incunditatem, eos qāi diurno quodā, non  
humano modo vixisset, ne mors quidē, quæ  
maximè putatur hominis propria humana  
videretur. Sed quā virtutem, Auditores, si-  
gnificari hoc odore, ac prēmio donari dice-  
mus: eam opinor, quam Hyacinthus in Vir-  
gine Dei Matre tantopere suspiciebat, ada-  
mabat, æmulabatur, Virginitatem. Huius  
Virginitatis odor indicium; huius virtutis  
suauitas præmium fuit. Id quod Stanislaus  
martyr sanctissimus Cracoviæ quondā Epi-  
scopus, Prandotæ Episcopo item Cracoviæ  
funeris curatori, oranti à funere, atque ob-  
dormiscēti cœlesti viso significauit. Quo vi-  
so species. Hyacinthi coronati, ac redimiti  
Prandotæ obiecta est: hoc est, præter coronā  
auream gēmis fulgētibus illuminatam bea-

titudinis summę argumētum; gemīna sēta  
 cœlestib⁹ intexta floribus capite gestatis;  
 quorū alterū Doctores erat insigne, alterum  
 Virginitatis ornamētū. At hoc loco quærat  
 quispiam ex me quādo Hyacinthus in cœ-  
 tum beatorum receptus est, ante septem &  
 triginta suprà trecētos annos: atq; illa ipsa  
 hora, qua cessit è vita, Divinitas se illi in  
 æternū cōtemplandā obiecit, quid ei factum  
 est 15. Kal. Maias, hoc est nudius octauus?  
 Fateor quidē vera esse quæ dicuntur: abiit  
 Hyacinthus in cœlum anno post Christum  
 natum, ducētesimo quinquagesimo septimo  
 suprà millesimū, beatitudinem eo temporis  
 puncto, quo abiit cōsecutus. At id Ecclesiæ  
 toti, non ante diem quintū decimum kalen-  
 datū Maiarum cōstitit. Diuinę igitur Natu-  
 ræ conspectu frui, bearique Hyacinthum vt  
 ante id tēpus piè credebamus, ita nūc certò  
 scimus; ab eo tempore, quo Clemens VIII.  
 Pont. Max. atque optimus, toto pectore in  
 cōmune bonū incumbēs hac Hyacinthina  
 gēma, cuius fulgorē sanctitatis, in Polonia  
 Cardinalis, ac legatus Apostolicæ sedis vi-  
 derat, Ecclesiæ militatis Paludamentū exor-  
 nauit. Qui gratificatus Sigismundo Ter-  
 tio Poloniæ, ac Sueciæ Regi optimo, & po-  
 tētissimo Regnōq; Poloniæ nobilissimo per  
 oratōrē clarissimum virum id postulatibus  
 gratifi

gratificaturus etiam vobis, Patres religiosissimi, votis assiduis idem; præcibūisque à Deo experētibus, ritu solemnī, more maiorum, celebritate maxima, decreto diuinitus factō, Hyacinthum, & beatum esse, & ut sanctum post hac toto orbe terrarum templis, aris, signis tabulis pictis, facibus, odoribus incensis, sacerisque colendum. inuocādū precibus propitiādum donis declarauit, Diu Hyacintho debitus honos, non illi sublatus, sed dilatus: non eruptus ulli, sed reseruatus multis & reseruatus diuina prouidentia huic tēpoti, quo peruersi quidē homines adeò impiè in sanctorū cultum honoresque inuehuntur, ut repetita cōsuetudine à priscis usque temporibus referēdi viros probatæ sanctitatis in numerum beatorū, illi cōmutatæ religionis antiquæ coarquantur. Reseruatus huic Pontifici, ut eius Clementia daretur insignis occasio, insigniter benè merēdi de familia vestra, Patres optimi. Reseruatus denique vobis: ut sicut inēūte hoc seculo post salutē datā mortali- bus decimosexto, idest, ut planiūs dicā, anno tertio & vicesimo. Antonio Florentinorum Archiepiscopo alumno vestro per Adrianū sextū Pontificem inter beatos adscripto, ve- ster ordō decoratus est: ita etiam eodē sæculo exēūte, anno inquā quarto, & nonage-

15  
simo. idem à Clemére Octauo, nouo honore declaratæ Hyacinthi beatitudinis illustratur. Verùm quâ pompâ id factum est, Deus immortalis? quâ celebritate? quâ lætitia? Dicere audeo, Patres optimi, nec opinor temerè dicam, neminē ferè ex ordine vestro, tāto cum honore sanctū fuisse renunciatum quāto Hyacinthum vidimus renunciari. Retulerunt quidē inter cœlites Gregorius IX. lat. in Dominicum Pareniem, ac doctorē vestrum. regor. 9. Innocentius Quartus Petrum, qui pro fide cāder in Catholica martyr occubuit: Ioannes XXII. alia de- r. in Her Thomam Aquinatem, qui doctrinā suā præ- icis Li lucet Ecclesiæ. Patres erant auctoritate illi- ræ Cano Pōtifices Clementi Octauo: non nego. At ubi zat. edit nam id præstiterunt, auditores? quā in cele- ex reg. bribus ac frequentibus Ciuitatibus? Reatæ at. Greg. Gregorius, in Vmbilico quidem Italiæ, vrbe rdum vetusta, atque honesta, quō valetudinis gra- ossum. tia ob salubritatē loci sub æstatē secesserat, sed tamē neq; frequētia ciuiū, neque magni- tudine situs, Romæ cōparanda. Perusij Inno- centius, quæ ciuitas perantiqua atque illu- stris, licet sua habeat egregia nobilitatis ornamēta, celebritate tamen populi, haud opinor cum Romana contendet. Auenione in Gallia Ioannes: qua in vrbe Maximi Re- gni non magna, neque habitatorum multi- tudine cum Romana, neque splendore con- fcreat

ferenda, tamquam extorris Pontifex motabatur. Hoc necessitas tulit. Esto: propterea sanctitate magis cæremoniarum, quam celebritate locorum cohonestatos assero illos beatos viros. At Hyacinthus, à Clemente, Sæctus, ac beatus iudicatus est, nō in aliquo orbis angulo, sed in amplissima, celeberrima, & frequentissima Vrbe Roma, quæ ut quondam caput orbis Imperio fuit, ita nunc Princeps est, religione. Quo in templo tâtae vrbis? nempe in eo, quod quia Principi apostoloru Petro dicatû est, & à summis Pôtificibus certatim regiis sumptibus instauratû magnificentissimè, & pulcherrimè exornatur, templorum (vno excepto) Christiani orbis obtinet principatum. In eo porrò augustinissimo templo, quâm visendus fuit apparatus? qui numerus Cardinalium? quæ religio cæremoniarum? quæ summi Pontificis pietas, & maiestas? quæ frequentia ordinum omnium? quod pioru studium? qui cōcursus populi Romani gratulantis? qui nisi templo fuisset exclusus, in templum Româ ipsam, suis effusam domibus, inclusisset. Quâta denique rerum omniū religione tēperata alacritas? quæ profecto tâta fuit, ut non modò mortales cuncti, qui intererât, letarât, columnæ ipsæ tēpli pretiosis, & auro fulgentibus peristromatis cōuestitit, parietes apparatis

honore  
istrare  
; Deus  
ætitiâ  
nor te  
vestro,  
ciatum  
ari. Re  
us IX.  
strum.  
o fide  
XXII.  
à præ  
te illi  
At ubi  
cele  
Reatæ  
vrbe  
s gra  
serat,  
agni  
Inno  
illu  
itatis  
haud  
nione  
i Re  
ulti  
con  
crea

ratissimi; tecta, musicis vocib<sup>o</sup> cereis collu-  
 cētibus, thure cæterisqne suffimētis, sola fe-  
 sta frōde, ac floribus strata gestire, cœlū in-  
 solita hilaritate ridere, gratulari aēr pulsu  
 cāpanarum, terra strepitū bōbardarum ap-  
 plaudere videretur; sed etiam Hyacinthus  
 ipse de cœlo spectans honores suos, quia de  
 nouo gaudere poterat, immortaliter gaude-  
 ret. Neque verò téporis ac diei, quo res acta  
 est, prætereunda cīt consideratio. Nam pri-  
 mūm dies ille Dominicus, qui in Albis di-  
 citur à maioribus nostris, tū quia numera-  
 tur octauus à Christi reuiuisctis cōmemo-  
 ratione:tum, quia, qui sacro baptismare ini-  
 tiabantur, in togis albis visebantur, semper  
 lātissimus, ac religiosissimus est, habitus.  
 Deinde reor accidisse diuinitus, vt qui calo-  
 ribus æstiuis, medio Augusto mēse cōcessit  
 ad superos, eius beatitas innotesceret me-  
 plin. libr. dio Vere:scriptores enim rerum naturalium  
 21. cap. II. diligētissimi prodiderunt, è vernis floribus.  
 Hyacinthum florem suauerubentē maximē  
 durare. Referte nunc cogitationem, Auditō-  
 res, ad eius quē celebramus, & colimus no-  
 mē:nōnne animadnertistis vocari Hyacyn-  
 thum? Quid sibi vult ergo Hyacinthum  
 Pontificis oraculo beatum decerni, vestita  
 floribus humo, tota ridente Natura, atque,  
 vt planiūs loquar, Vere medio? O admirabi-  
 lem

lēm Dei sapientiā in hominibus vitæ, virtu-  
tique congruentibus imponendis! Vere me-  
dio beatus decernitur Hyacinthus, ut nimi-  
rum intelligamus eum esse, qui non modō  
familiam suam, patriam, Poloniam, Eccle-  
siam militantē, tanquā flos vernus charitate  
purpureus exornatus est, verū etiam iu-  
amēnissimo illo, & florentissimo triūphan-  
tis Horto, vbi pro Sole Deus est: pro rēpore  
æternitas, pro quarta vicissitudine tempe-  
statum, ver perpetuum, quasi cœlestis Hy-  
acinthus diuina gloria suauerubēs in perpe-  
tuas æternitates duratus. Lætare igitur  
Polonia, quæ pulcherrimum hunc florē edi-  
didisti. Gaude Sigismunde multorū regnorum  
Rex ad auitam, hoc est, Catholicam Reli-  
gionem patrio Sueciæ Regno restituendam  
nate, de tāto regni tui bono. Triumpha Cra-  
couia de isto thesauro corporis intra sinum  
tuū recondito, quod quasi florē, mortis fal-  
ce succisum, oriēte vitæ æternæ sole visura  
es aliquando reuiscere. Exultate vos, Pa-  
tres optimi, lætitia in tanto vestro decoro  
Hyacintho: quem mihi videre atque audire  
videor, ab illis beatorum sedibus, vbi cum  
vestris sanctissimis heroibus sodalibus suis,  
Dominico, Thoma, Petro, Vincentio, Anto-  
nio, quos in Cōcilio cœlestium viuere certō  
scimus, de sua vestrāq; dignitate latus gra-  
tulatur,

s collu-  
sola fe-  
œlū in-  
er pulsu-  
rum ap-  
cynthus  
quia de-  
gaude-  
res acta  
am pri-  
lbis di-  
umera-  
memos  
are ini-  
semper  
abitus.  
i calo-  
cessit  
ret me-  
ralium  
oribus.  
maximē  
uditio-  
us no-  
yacyn-  
thum  
vestita  
arque,  
mirabi-  
lem

tulatur, appellare adolescētes vestros, atque his propemodū vocibus affari. Filij quos vnicē amo, quos in ordinem nostrum lectos Familia prēdicatorum, alit, educatque. Videatisne quō mea mea virtus intulit? nostis quibus officiorum, & reclē factorum gradibus in cœlum ascēdi: sequimini passibus iisdem, ac vestigiis præeunte. Habetis plura, quām ego habuerim ad sanctitatem adiumenta: habetis tot sanctorum virorum vestri ordinis, qui vos antecesserunt annorum fēmē quadringtonitorum spatio, & mearum nonnulla etiā virtutum exempla: accepistis maiorum mores, imbibistis præcepta, ingressi estis viā eorum illustribus cōsignatam vestigiis, quæ omnia suadēt hominibus expectare à vobis plura quām arbitremini. Videte, per Deum immortalem, etiā atque etiam, & per signiferum nostrum Dominicum videte ne spem de vobis conceptā, ne fidem datam, ne expectationē fallatis. Intelligite, nec ingredi, ne diu viuere in optimo instituto sodalitio satiē esse ad sanctimoniam, nisi sancte integrēque viuatur: nec miracula expeti à vobis: sed studiū probitatis, rectē facta, virtutū exempla, morum, ac doctrinæ integratē, populorum eruditōnē, fidei Catholicae Romanæque defensionem. Atque hæc paterna monita, auditores, nō modo ad vestros

stros adolescentes, sed etiam ad omnes religiosæ cultores viræ, vestrique ordinis imitatores referri possunt. Quare tandem aliquando ad virū beatissimum Hyacinthū intuitissimo felicitatis portu locatū, orationis nostræ corsum deflectamus. Debebatur tibi quidē sanctorum prædicatorū flos Hyacinthe sancti alicuius atque eloquētis oratoris oratio. Alter Basilius, alter Ambrosius, virtutibus tuis alter Nazianzenus, alter Chrysostomus tuis laudibus debebatur, aut certè unus è doctissimis, disertissimisque sodalibus tuis in hunc locum te laudaturus ascēdere debuisset. Neque enim verendum erat, ut ne sordesceret laus in ore proprio: quādo qui te laudat, non laudat hominem sed virtutē quam in te impresseras: Christum laudat, quē imitatione morum penè expreas: Deum laudat, qui mirabilis est in Sanctis suis. Quoniam tamē honorum tuorum sociorum modestia voluit laudatorem tuum, professione quidem, & habitu diuersi ordinis esse, eiusdem verò amore, ejusdem institutis, suspice paterna benevolentia non laudationē, sed conatum laudationis, quam tridui spatio imbecillitas ingenij mei exorsa est, non contexuit, adumbravit, non depinxit, atque apud Deum esto deprecator salutis meæ. Deinde Ecclesiam, tot tāmque grauibus

grauiibus calamitatibus exagitatam : Clemētem Pontificem qui clauum tenet, Cardinales qui assident gubernanti, tuo patrocinio iuua. Sigismundo Regi clienti tuo, in Suecia pro religione Catholica laboranti, animos, ac vires impetra. Poloniam tuæ iamdudum commissam tutelæ atque receptam tuere. Sodales hosce tuos adeste utiles Ecclesiæ ubique gentium disseminatos foye: clerum denique populumque Romanum religiosorum omnium ordines, auditorésq; in primis qui mihi dicenti de tuis laudibus humaniter aures præbuerunt, eadem charitate, qua nationes omnes ac gentes viuens in terris tuebare, nunc beatus in cœlo completere.

---

O R A T I O.  
DE CHRISTI MORTE,

P. Io. Francisci Caretonij Romani.  
è Societate Iesu.

**R**ECONDITVM est, incomprehensum, & omni ex parte divinum, P. N. sacrosanctum reparationis humanæ mysterium : cuius nos hodierna luce, ne dicā hodiernis tenebris, persoluimus tributum annuum cōmiseria.

ferationis & lacrymarum. Idcirco humana  
mens, dum se eius amplitudini parem intel-  
ligentiam, vel sensu afferre posse desperat,  
non affert illum ipsum quē potest, & in stu-  
dio grati animi apparet ingrata. Eandem ob  
causam si exoritur miseratio ex cognita ca-  
lamitate hominis miseri calamitatem im-  
merētis, nullum erit argumentū accommo-  
datius ad hanc anniversariā lamētationem,  
quām si breui simpliciō; percurzione facti,  
planū fecero Christū dominū fuisse, vt Isa-  
ias cū appellat propter excellentiam, VIRVM  
DOLORVM, quasi dolorū Principem: hoc Isa. 53.  
est, inter mortales calamitosissimum: & eos  
innocentem subiisse corporis, animique cru-  
ciatus, quos ab uno homine perferri potuiss-  
se idcirco credimus, quia ipse pertulit. Quod  
enim, vt exodiar, in hortis Gethsemani erit  
illud opus, cuius sanguinea est vel idea? qua-  
le tam inauditum tormenti genus quod  
eliciat solā cogitatione sanguinem: quod  
noua quadam ratione, non animum per cor-  
pus, sed corpus vulneret per animum, quod  
cædē membris inferendam prius adūbret, &  
quasi experiatur in animo: quod antequām  
admoveatur exanimet: & morte valentius  
solū nudūq; hauriat Christi cruxē, hauriat  
animū, quod mors efficere nunquam potuit  
sine armis, sine cohorte. Fabrum habet infa-

▲▲▲

mem hospitem Sathanæ. Iudas magistro venalem in merce exposito, negotiū proditio-  
ne instituit, oscalo perficit, amoris armis  
abusus: quippe qui nouerat gratum amanti  
cibum, eo venenum occultat. Sed recidit  
in eius caput. Is paulò ante peñori pro in-  
tincto pane, quasi tormentariū puluerē in-  
clusisset, ei cuniculo facē applicuit, cum ori  
suo Christi faciem deosculandum admouit:  
neque ita multò post igne, ad intestina per-  
latos; multiplicatis in arcto flammis queren-  
tibus exitū sublatus est in altū & discerptus  
in partes, eū nactus carnificē nequissimum,  
laqueo se ipse suspendit, crepuit medius &  
diffusa sunt omnia viscera eius: dignus pla-  
nè cui non aquā tātū, & igni, sed ipso cōmu-  
ni spiritu, ipsa terra interdiccretur: quæ ter-  
ra ut dicitur non amplius recipere viuum  
serpētē, postquā percussit hominem, ita ne-  
que spiratē ferre neque extinctum attingere  
voluit hanc hominis eiusdēque Dei prodi-  
torē. Christus verò nec vulnus nec speciem  
insidiosam amoris aduersatus hostes admī-  
sit; quos ut prosternere sic proterere sola  
nominis vmbra potuisset. Illustris quod po-  
tuerit: illustrior quod noluerit; ab iis per  
varia tribunaria circūducitur, quandovnum  
capere tantā iniustitiam non poterat: neque  
inveniebat locum, ubi cōsisteret summa ini-  
quitas

Plin. lib. 3.  
cap. 63.

quitas nisi forte apud Sacerdotem, apud  
quem iustitiae debuit esse principatus. Sistitur  
ante Caiphaim, ante hostem potius quam ante  
iudicem: qui ut scelus artificiosè contexat,  
vestimenta discindit: per quem reus, prius  
coniectus in vincula quam adesset errati sus-  
picio, ante condemnatur, quam dicat causam:  
vbi dum accusator pro criminis afferit men-  
daciū, reus pro poena subit iniuriā: vbi ta-  
cere periculosum est, respondere crimino-  
sum: ex quo ad primā emissam vocē, diuinū  
vultum, sedē gloriæ furiali colapho impu-  
dentissima dextera ministri percussit. Neque  
aruit, aruit fortasse, sed ad contactum vitæ  
reuixit, in præmium, quod vestigia osculi à  
proditore impressa deterscrit. Vbi denique  
mortem non iudicium intentant: ideoque ca-  
lumniā non accusationē adornant. Sed ipsa  
nocendi cupiditate prosunt: nam testes dum  
multos producunt, nullum habent. quia testi-  
monia conuenientia non erant. Perdere per vim  
apertam nolunt: ut ipsi insanire etiam in iu-  
dicio cognoscatur: & Christi supplicium nō  
minus membra dilaceret, quam dilaceret exi-  
stimationē, quod meruisse, & iusta senten-  
tia inflictū esse videatur. Si testes nullos ha-  
betis introducite Petru. Præstolatur in atrio.  
Ego testis locupletior erit, quo amicior est,  
muncrum gratiæ princeps: & negando con-

Marc. 14.

Marc. 14.

AAA 2

tra Christū affirmat imprimis, dum tantūm  
pudere se illius magistri demonstrat: vt iu-  
reiurando sibi neque cognitum esse confir-  
met, o Petre, hoccine est solum amicū per-  
seuerantem esse? tu, qui Paulō ante deuora-  
bas animo carcerem, crucē, mortem, profe-  
cutus es, ad deserendum: vt quō fueras au-  
daciōr, eō es̄ses cæteris Apostolis nocentior:  
vt apud eminentiam illius confidentiæ hu-  
ijs pauoris recessus atrior appareret. Sed  
Dominus respexit Petrum & fluit amarē. Icta  
Petrica adamātinis Christi oculis guttas emit-  
tit, non scintillas. Conglaciauerat miser. Id-  
circo caloris egens ad ignem illum perperā  
se calefaciebat is, cui radijs diuinis opuse-  
rat, vt liquaret concretum timiditatis gelu-  
cor funderet ex oculis amarū imbrem, ac ti-  
moris vulnera lachrymis, non infidelitate  
sanaret. Fuit igitur Christus dimittendus ad  
Pilatum, apud quem legū inanem ambitio-  
nis plenū, magistratus ludęorū factus de iu-  
dice accusator, de accusatore testis minore  
periculo, auctoritate maiore (more suo) non  
causæ cognitionē exposcat, sed crucem: de  
supplicio priūs agat, quām de scelere, reum,  
& reum racentem non crimine sed multitu-  
dine, non testimoniis, sed clamoribus oppri-  
mat. Quid miraris? quid quæris aliam defen-  
sionem, Præses, ab eo qui condemnationem  
habet in voto: supplicia numerat in benefi-

Luc. 22.

ciis: qui i  
quō illa  
declama  
centem  
bauit? E  
Christi c  
solutus f  
tentiis i  
illis supp  
retur? ip  
ciat inn  
natur ab  
rū subd  
sanguin  
ris, cruc  
oppreſſe  
soluunt  
Quia p  
Barraba  
qui scel  
iisdē int  
vt sanc  
sanguis  
ciusq; p  
riatur a  
crimin  
O scel  
conspic  
virgine

eiis: qui iniuria eō se indigniorem ostendit,  
quō illam animo æquiore sustinet: pro quo  
declamat ipsum silentium, & probat inno-  
centem tibi ipsi, vt Caiphæ, vt Hærodi pro-  
bavit? Ergo fuit tribus in foris innocentia  
Christi cognoscēda, vt tribus sententiis ab-  
solutus ferret supplicium? an potius vt sen-  
tentiis illis iudicū iniquitas cōdemnaretur:  
illis suppliciis peruersitas Synagogæ plecte-  
retur? ipse Pilatus ter verbo Christū pronū-  
ciat innocentem, ac triplici facto eripere co-  
natur ab iniuria. Ut iustū ex ynguibus fera-  
rū subducat, seditionum supponit, imbutum  
sanguine homicidā & populo sitienti cruo-  
ris, cruore propinat. Sed ij quemadmodum  
oppresserunt innocentem, ita scelustum ab-  
soluunt: vt omnes iniustitiae partes impleāt.  
Quia puri sanguinis effusione delectantur,  
Barrabam liberant, Christo obstrepunt, vt  
qui sceleratis par futurus erat in supplicio,  
iisdē inferior esset in iudicio. Quare Praeses  
vt sanet liuorem Iudæorū, vt mittatur ab iis  
sanguis inuidiē Christo iubet aperiri venas,  
ciusq; mandat hauriri cruentem, vt nō hau-  
riatur animus, vt uita seruetur. Loco igitur  
criminis eluenda sanguine est innocentia.  
O scelus execrabile! nudatur Deus, nuda  
conspiciuntur membra illa candida, atque  
virginea. Rubet sola pudore facies. Tunc sol-

AAA 3

in sui conditoris obsequium subducta luce  
velasset illū, opinor, tenebris, nisi ad nouum  
spectaculum defixus in admiratione tā ve-  
nerandi, atque diuini corporis constitisset:  
quę vox, quę lachrymæ, quis sensus æquare  
poterit lictorum fænitiam, furore, rabiem?  
calamitosi rei toleratiā, æquanimitatem,  
mansuetudinem, plagarum dolorem, nu-  
merum cruciatum? iam nusquam apparet  
liuor, nusquam flagelli vestigium, ubique  
sanguis, ubique vulnera. Nec iam vulnera  
ipsa dinumeres: quantus est, vñus vñ est,  
deficit plagi locus, plagiæ non deficiunt: est  
plaga plagiæ locus. Deficiunt lora, virgæ, fla-  
gella tortoribus, vires non deficiunt. Iam &  
vires deficiunt, nō deficit rabies. Utque fecit  
initium tundēdi crudelitas, sic facit finē cru-  
delitas. Suadet enim, vt aliquid sanguinis, at-  
que spiritus relinquatur ad mortē atrocio-  
rem. Itaque crudeles in verberando in par-  
cendo crudeliores, non parcunt, vt cessent,  
sed cessant, vt ad crucē immanem reseruer.  
Si tamen illa cessatio dicēda est, in qua mu-  
tato potius quā intermisso cruciatu, mis-  
erum contumeliis acerbissimis dilacerant, in  
qua, vt cæteris prætermisssis, palmare vnum  
attingā; diuinū illud caput gymnasium sa-  
pientiæ. regia honoris, honos gloriæ, omni-  
bus insulæ, thiaris, coronis augustiūs, illud,  
inquam,

inquit, ad ludibrium dicā, an ad cruciatum,  
an ad utrumque, spineā coronā præcingitur,  
atque trāsfoditur. Dicebā P. N. hunc Virum  
esse dolorū: Iam verò si intendimus in eum  
oculos, non tātū virum, virum per excel-  
lentiā, principē dolorum, sed verē dolorum  
regē esse cernemus, appellatus est à cohō-  
te prætoria, quam audiuimus dicentem, *Aue Matt. 27*  
*rex Iudeorum.* Sed in purpura, in sceptro in *Marc. 5.*  
corona, Hæc omnia regem significant. Sed *Ioan. 19*  
qualem regem regē dolorum. Ludicra illa &  
solida purpura, arundineū sceptrum, saluta-  
tiones, appellations in irrisionem fuerunt,  
atque contemptum: corona verò si pro va-  
rietate materiae aurea, graminea, laurea,  
principatū quēdā opū, virtutis, fortitudinis  
indicat; per spineā certè regē significabimus  
dolorum principem: & Rex dolorum nō nisi  
spineā coronā præcingendus fuisse iudica-  
bitur. Respexit Pilatus hoc regnum calami-  
tatis affabré effectum esse, atque expressum  
manibus carnificū in Christi corpore: spe-  
ravitque fore, ut satisfaceret oculis Iudeorū  
huiusmodi cælaturæ cupidis, ac peritis: qui-  
bus illū in bono lumine de superiore loco  
dedit in conspectum dicens, *Ecce homo. Quasi Ioan. 19*  
vereatur, ne non agnoscent; ne simulacrum,  
vel hominem examinem, aut spirās cadauer  
existiment. Sed non placuit nam immanissi-

mis immaniores, ne victi scientiâ crudelita-  
tis, feritatis artificio videantur, desiderât ali-

**Marc. 15.** quid, additum aliquid de suo. *Crucifige, crucifige*

**Luc. 23.** *eū. O flagrās & penitus infinitū odiū, ad quod*

**Ioan. 19.** *inanis erit aqua! Cūm nihil sit alluione tāti*

*sanguinis imminutum; restinguī nisi diuino  
spiritu in illud efflatō nō poterit. Quid facit  
in tāto malo religiosus iudex, qui nefas du-  
cit palmis immūdis cōmittere parricidium?  
manus lauat, & occidit, dum iustū fatetur, &*

**Matt. 27.** *cōmendat. Sciebat, quod per inuidiā tradidissent*

**Marc. 15.** *eum: sed dum actor iudici timorem incutit;*

*iudex Cæsaris gratiam ambit, circumueni-  
tur Deus in eo iudicio, in quo palam accu-  
sat inuidia, testificatur odium, crīmē est im-  
nocentia, corrumpit timor, cōdemnat ambi-  
tio, plectit crudelitas. Illa, illa statim ut Pila-  
tus Christum affigēdum cruci. Quid dicam?  
tradidit an duxit? nihil enim abest à scelere  
is, cuius tantummodo manus abest. Ille in-  
quam, statim semiuiuo, qui iam sibi ipse  
pondus erat, imposuit immanem patibuli  
machinam, ut suam ipse mortem prius fer-  
ret, quām inferretur: & quā cruce mox erat  
extollendus, eādē prius opprimeretur. Hic e-  
go in hoc extremo actu, & quasi capite actio-  
nis quando digniūs pertractari, quām defi-  
ciendo, non potest, libenter deficiam, sacros  
Euāgelistas imitatus, qui summam rei tantā  
bruci*

breuitate perstrinxerunt, quantâ sat erat ad nō reticendum. Duplici verbo, *Crucifixerunt eum*. Quare nō perpendā crucis atrocitatem, adiūctorum acerbitateim, renouatos imbres sanguinis, cōsortium, latronum conspectum matri, voces plenissimas mysterij, multiplicem crudelitatem militum, qui non tantum in ira, sed etiam in obsequiis hostes, eo loco eo tempore, ad sūmūmū ardētissimam acetum, atque fel adhibuerunt: vt intelligeremus, quō progrederentur in sāuiendo ij, quorum misericordia est summa crudelitas. In tanto agmine dolorum Christus Deus defunctus Patris imperio, nostræ salutis cupidus, prodigus suæ, inclinato capite. O virum miserrimum, qui diu quæsiuit, vbi caput suū reclinet, neque inuenit locum molliorē ad quietem, quām mortem! In eius igitur gremio, *Inclinato capite tradidit spiritum*. O Angeli pacis! moritur Deus, moritur Deus. Non vox, non latera nullū sentētiarum, verborūmque genus sustinere huius argumenti dignitatem possunt. Opus silentio, mentis contemplatione, excessu. Quid ergo afferam? nihil præterea. Moritur Deus, & moritur propter hominem, intelligentiâ vestrâ perpendite, quām multa dupli verbo complectar, cūm dico, mori Deum, & mori propter hominem. Addam aliquid, si ita loqui

Ioan. 19.

AAA 5

fas est, admirabilius. Iesus Deus in cuius nomine habitat salus, qui profuit plus vnas omniibus, quam omnes inquam vni, qui nostram non modò causam, vt sponsor; non modò personā, vt reus? sed vicariam quoque mortē suscepit, vt nocens occiditur propter hominem & per hominē viuit auctor parciā peccatum. O hominem nō hominem, sed cordis plumbei, & animi ingratissimi monstrum! Obstupuit mens perstricta magnitudine facti, an aures assiduā commemoratione obdoruerūt? tradidit spiritum Deus inclinato capite: vt eo tandem animaret iacentium terrarum orbē & mortuum. atq; depositum: vt quoniā statuerat nil sibi reliquum facere, quod pro mortalibus nō exponeret, ceruice in latus deflexā, secretum locum indicaret, ex quo ad primum, quasi certum, destinatūque ictū exiuit sanguis & aqua: simul ac ferina rabie vnuſ militū lacea latus illud aperuit: cūm enim tū Christi charitas; tum rabies inimicorum amplior esset, quam vt eas capere posset corporis viuentis imbecillitas; effundenda vtraque fuit in cadauer, ex quo hinc Christus exaggeratam quādam patiendi cupiditatem ostendit. nam suscepit vulnera doloris etiam cūm dolorem vulnerum sentire non posset: hinc illi rabiem declararunt inauditam, dum effusa sanguis in eum

eum, in quo neque sœuitię locus, neque sensus esset, sine fructu crudelitatis gustū crudelitatis habuerunt. Expalluit, contremuit, ac propè defecit natura ad huius carnificinæ conspectum. Lacerauit iam superuacancum velum templi, quando turpiter velatam faciem templi viderat, quando templi corpus nudatum, atque discissum cōspiciebat: maius obsequium in cadaveribus inuentura, quam in viuentibus mortuos exciuit è tumulis, ut obuiam Deo morienti procederent. Obduxit Soli tenebras, ut parricidis ipso cœlo, ipso conspectu lucis interdiceret. Oppressisset coniectione saxonū, iam se sponte frangentium, & agitantium in vindictā, vel obruisset terræ se commouētis, neque hos homicidas ferentis hiatu: nisi vocem illam extremā audiisset, qua Christus malis hominū grauius affectus, quam suis, propè testamento cauit ut ignosceretur. Iam verò, ô vir, ô Rex miserrime dolorum, de regno tuo dubitatio nulla relinquitur. Regnas in regia Caluarij, in throno crucis, in purpura tui sanguinis, cum sceptro clauorum, cum corona spinea, Matr. 15 ipsumque regni titulum præfers, Rex Iudeorum, id est, Rex ciuium iniustissimorum, id est, Rex hostium immanissimorum; circumfluunt loco asseclarum reuiuiscētes umbræ, loco satelliticum latrones, loco cohortis carnifices.

quinque  
 Iesus Deus in cuius no-  
 qui profuit plus vices  
 ines vniquam rai, qui  
 ausam, ut sponsor non  
 is? sed vicarius quoque  
 cens occidit ut pater  
 inē vitat auctor pati.  
 ominem nō hominem,  
 , & animi ingrati  
 it mens persticata  
 res assiduā commen  
 tradidit spiritum Dei  
 tandem animaret iac  
 mortuum, ato; dep  
 erat nū sibi reliqui  
 talibus nō exponens  
 , secretum locum  
 num, quasi certum de  
 uit sanguis & aqua.  
 nus militū laceratus  
 m tū Christi chanc  
 n amplior esset, quia  
 rporis viuentis in  
 traque fuit in cadav  
 exaggeratam quidam  
 ostendit, nam fulcitur  
 cum dolorem vuln  
 t: hinc illi rabies de  
 dum effusa sanguini in

748 *Orationes quinque Presb. Soo. Iesu.*

nifices. Isthic, isthic tamquam in tuo re-  
gno, in omni regia pompa, regioque ap-  
paratu triumphas. H abes pro bellariis fel,  
pro odoribus fœtorem, pro festis ignibus  
tenebras, pro symphonia blasphemias, pro  
choreis terræmotum, pro peristromatis,  
sparsisue floribus ossa cadauerum, pro bul-  
la pendente è monili plagam luculentam  
pectoris. Tale regnum, talem regem de-  
cebat esse dolorum. Utinam intelligamus:  
quales nos deceat esse sub tali Rege in ta-  
li regno.

F I N I S.



V B I,

R

P

Rim

d

c&

Rex

Con

trad

Secund

Ioan

qua

eius

Tertia

tha

nim

Quar

IV

Quin

dit

Tertia

na

tor